Digitized by Google

Index

1 Schmid (Joh. Frider.) Disputatio de Dominii aliorumque jurium {
2 Raue (Daniel) Disputatio de Translatione Dominii in contractu {
3 Reber (Frider. Gottlob) Dissertatio de Dolo translationem dominii {
4 Hagemeister (Joh. Alber.) Dissertatio de Dominio ex contractu doloso non translato.
5 Richertz (Georg. Arnold) Dissertatio de Pigmento translati ipso jure {
6 Waldmann (Frider. Daniel) Dissertatio de Dominio rei legatae {
7 Staud (Joh. Christoph) Dissertatio de Dominio fidelis
8 Muhl (Joh. Jacobus) Cogitata sua de Dominio rei sacrae speciatim Templi
9 Forstenus (Georgius) de Dominio Hominis in res sublunares . . . &c

10 Schroeter (Chudov. Augustus) De Dominio directo in territorio alieno. &c

11 Roefflich (Gottlieb Fridr.) Dissertatio de Dominio directo in alieno territorio &c

12 Mengewein (Joh. Christ.) Dissertatio de Rebus in Dominio publico existentibus.

13 Lauterbach (Ulricus Thomas) Exercitatio de Condominio Territorii.

14 Hartlieb (Joh. Christ.) Disputatio de Jure condominii territorialis &c

15 Langsdorff (Geor. Melchior) Dissertatio quas primas lineas Condominii pro indiviso, sive Ganerbinatus.

Digitized by Google

Digitized by Google

C.I.N.D.N.J.C.

DISPUTATIO JURIDICA,

DE

DOMINII ALIORUMQUE JURIUM TRANSITU LEGALI,

Hoc eſt

ACQUISITIONE, QUÆ FIT SINE POSSESSIONIS, AUT QUASI, TRANSLATIONE, APPREHENSIONE.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Quam

Divinâ aſpirante Gratiâ,

PRÆSIDE

DN. JOH. ANDREA Frommann/

U.J.D. & INST. IMP. Prof. Publ. p. t. Univerſit. Rect. Magnif. Præceptore ſuo æviternum honorando, venerando.

Pro ingenii tenuitate elaboratam publicè examinandam decenter exhibet

JOHANN-FRIDERICUS Schmid/
BIBERACENSIS,

Ad d. Ianuarij, horis antemer.

In Auditorio Juridico.

TUBINGÆ, Literis Kernerianis, M. DC. LXVI.

DISPUTATIO
DE
DOMINII ALIORUMQUE JURIUM TRANSITU LEGALI,
qui fit ſine Poſſeſſionis, aut quaſi, Translatione, Apprehenſione.

I.

TRanslationem & acquiſitionem Dominii aliorumve Jurium, quæ ſine hominis facto, ad id ex voluntate ejus & jure aliàs apto, ſola legis poteſtate fit, JCti multis in locis exprimunt per τὸ tranſire. Ita namque inquit Ulpian. *in l. 15. pr. ff. de adopt. Si paterfam. adoptatus ſit: omnia, quæ ejus fuerunt & acquiri poſſunt, tacito jure ad eum tranſeunt, qui adoptavit.* quo verbo in eadem adoptionis materia etiam de adoptati liberis utitur Cajus *in Inſt. lib. 2. t. 5. §. ult. ibi: in adoptivi patris tranſeunt poteſtatem.* itemque Imper. *in §. 2. I. de adopt. ibi: nec quicquam ad patrem adoptivum tranſit.* & *in §. ult. I. per quas perſon. nob. acquir. ibi: ejus res omnes ad nos tranſeunt.* nec non. *in §. 2. I. de acquis. per arrog. ibi: etiam dominium rerum ejus ad adrogatorem pertranſit.* Eodem termino utitur Papin. *in l. 80. ff. de legat. 2.* quando de re legata ibi aſſerit, *quod recta via ejus dominium, quod hereditatis nunquam fuit, ad legatarium tranſeat, nunquam factum heredis.* nec minus Neratius *in l. 64. ff. de furt. ibi: ea, quæ legantur, recta via ab eo, qui legavit, ad eum, cui legata ſunt, tranſeunt.* Javolenus quoque *in l. 23. pr. ff. de acquir. poß.* eundem terminum uſurpat, ita: *Adita hereditate omnia jura ad nos tranſeunt.* Pomponius quoque *in l. 37. ff. de A. vel O. H. ibi: cum & ea, quæ in nominibus ſint, ad heredem tranſeant.* Hos & alios ſequitur Gloſſa. ſequuntur & Juſtinianæa Jurisprudentiâ recentiores JCti. Unde Diſſertationis hujus, exemplo aliorum commilitonum, Deo & Præſide dirigente, elaboratæ, terminum deſumo, fundatum, quanquam non in iſto ſignificatu, *in l. 30. C. de jur. dot. vers. non enim. ibi: Non enim quod legum ſubtilitate tranſitus earum in patrimonium mariti videtur fieri, ideò rei veritas deleta vel confuſa eſt.* & *in l. ult. C. ſi quis ignor. rem min. eß. ibi: juſto titulo interveniente ea res, de qua lis eſt, tranſitum fecit.*

Tractatio Generalis.

Termini Tranſitûs Sedes.

II. Com-

Definito Nominis, 1. Etymologia.

II. Compoſitus ergò eſt ex præpoſitione Trans: cujus ſignificatus alibi in materia traditionis veræ th. 2. ſub Magn. Dn. Præſide evolutus. & verbo Ire, participio Itum, quod ſcil. conjunctum præpoſitioni iſti, motûs, quem originaliter ab uno ad alium indicat, rationem modumque involvit: qui hîc fit non natando, ducendo, ferendo, dando aut alia ratione; ſed eundo quaſi; ſimilitudine ab iter facientibus deſumta, dum ab uno in alium ſe conferunt, motu proprio, locum. Ita Seneca *de brevit. vit. c. 14*, *Quidni ab hoc exiguo & caduco temporis tranſitu in illa nos toto demus animo, quæ immenſa, quæ æterna ſunt, quæ cum melioribus communia.* A domino ſiquidem, cujus fuit hactenus res, non ut in traditione, transfertur & traditur, nec ab acquirente naturaliter apprehenditur; ſed tacita quadam vi, ſine animo, ſine corpore, ſine facto noſtro, ſine poſſeſſione (verba recito Cujacii *ad l. 1. pr. de acquir. poſſ.*) & ſic ſuo quaſi motu, cum oculos ratio hæc non incurrat, à priori domino ad novum ambulat, ut ut ignorantem, *l. 19. in fin. ff. quem ſerv. am. l. 16. §. 1, ff. de teſtam.* Lares ejusdem & patrimonium ingreditur propria impoſterum ejus futura.

2. Homonymia.

III. Non incognitum quidem eſt, quod vox hæc etiam ad dominii translationem, quæ fit facto hominis, accommodatur *in d. l. 30. C. de jur. dot.* nam quod ibi legum ſubtilitate tranſitus rerum dotalium in patrimonium mariti dicitur fieri, excluſivè, ſeu cum traditionis excluſione accipiendum non eſt, propter *l. 20. C. de pact. §. per traditionem. 41. I. de rer. div. pr. l. quib. alien. lic. rubr. & t. t. ff. pro dot. l. 7. §. 3. l. 9 § 1. de jur. dot.* ſed incluſivè *dd. ll.* & cum per traditionem res transfertur, dominium legis poteſtate in accipientem tranſit, *arg. d. l. fin. C. ſi quis ignor. rem min.* non id tamen fit quadam ſubtilitate, non tacitè, non civiliter, non ſine inſtrumento corporis, ſed apertè, naturaliter, *l. 53. d. A. R. D. l. 23. pr. de acquir. poſſ.* facto nimirum ſenſui obvio, aut quod jus noſtrum pro tali per fictionem habet. vid. diſp. ſub Magn. Dn. Præſid. hab. *de ficta traditione*, concurrente alienantis, acquirentis, voluntate externo translationis, apprehenſionis, poſſeſſionis facto declarata, *arg. d. l. fin.* & ibi res magis tranſitum facere dicitur, quam dominium, *d. l. fin.* Ut ita tranſitus hic noſter Legalis κατ' ἐξοχὴν dici mereatur, cauſam quippe proximam habens ipſam legem, ad exemplum ſc. tutelæ, ſucceſſionis, legitimæ.

IV. Legalem hunc tranſitum explico per phraſin: *qui fit ipſo jure*: quæ in hac materia ita deprehenditur *in d. l. 9. §. 1. ff. de jur. dot.* Sumiturq; hoc in loco non, ut alibi, oppoſitivè vel ad id, quod fit ope exceptionis, *l. 27.*

§. 2.

§ 2. *ff. de pact. l. 95* §. 4. *de ſolut. Dd. ad rubr. I. quib. mod. toll. oblig* aut facto hereditatis aditionis, ut *in l. 14. de ſuis & leg. her.* §. 2. *junct.* §. 3. *I. de her. qual.* aut judicis ſententiam ferentis, ut *in c. ult.* X. *de præſcrip:* & apud Dd. hinc inde. Nam facta licet aditione, aut lata ſententia, dominium tamen ipſo jure tranſit, in ſuis caſibus, de quibus infrà; ſed ad factum traditionis, ſive veræ, ſive fictæ, nec non apprehenſionis, qualis nulla hîc occurrit, ſed omne juris immediatè operatio eſt. Ibi quidem dominium transfertur jure, ſed non, ut hîc, ipſo jure. vid. Barboſ. *locupl. voc. jus. axiom. 69.* quemadmodum diverſa ſunt, jure amittere feudum, & ipſo jure id amittere. Roſenth. *in tract. feud. cap. 10. concl. 41. n. 11.*

V. Vocari poteſt hic tranſitus dominii legalis etiam Translatio, quæ fit ipſo jure, per *d. l. 9.* §. *1. de jur. dot. Nov. 143. c. un. vers. ſancimus.* Ci vilis quoque acquiſitio appellari poteſt, *per* §. *ult. I. de uſu & hab.* Giphan. *ad l. 20. C. de pact.* Cujac. *10. O. 28.* ſcil. ad exemplum traditionis fictæ, de cujus appellationibus actum ſub Præſide in d. diſp. *de tradit. fict. th. 2.* Item Legitima, *d* § *ult.* Synecdochicè quoq; nomine Uſucapionis hæc acquiſitio venit *in l. 20. C. de pact.* ita docente Herm. Vultejo *in Iur. Rom. lib. 1. c. 69. in fin.* acquiſitioni enim, quæ fit per traditionem, ut contradiſtincta ſpecies ibi conjungitur uſucapio ſola: utraque in acquiſitione dominii pactis nudis opponitur, non per ſignum exemplificativum, quod forſan hi modi rerum dominia acquirendi uſitatiores ſint, ut interpretatatur Gothofr. *in not. ad d. l. lit. K.* illaſque attuliſſe ſatisfuerit Imperatori, cui non fuerat propoſitum ſingulos modos acquirendi explicare, quod vult Giphan. *in com. ad d. l.* ſed ſimpliciter & doctrinaliter modos acquirendi per copulativam combinando, per traditionem ſcil. omnes Juris Gentium acquiſitionum ſpecies intelligendo, ſec. Briſſon. *de V. S. lib. 28. voc. traditio,* citatum à Magnif. Dn. Rebhan *in Hodeg. pag. 235. in explic. voc. traditio.* per uſucapionem verò omnem Civilem dominia acquirendi rationem, etiam ſine ulla poſſeſſionis apprehenſione. quomodo non rarò etiam poſita traditionis & ſtipulationis ſpecie omnis acquirendi modus naturalis & civilis ſubintelligitur, ut apparet *ex l. 12.* §. *3. ff. de uſufr. l. 14.* §. *1. l. 15.* §. *3. de caſtr. pecul.* & aliis pluribus textibus, cumulatis à Briſſon. *d. l.* & ex eo adductis à Vultejo *d. l. n. 19.* 3. Synonymia.

VI. Dominii vox & ſignificatio aliunde nota eſt. Eam hic accipio pro jure in Re, quo res alicujus propria eſt; illo ſcil. excellentiori jure in re, quod in ipſam rei ſubſtantiam ita comparatum eſt, ut ipſa res dicatur ejus (De Termino Dominii.)

 eſſe,

eſſe, cui hoc jus in re acquiſitum. vid. Dn. Hahn. *ad Weſ. π. de R. V. n. 3.* ut inde promiſcuè leges noſtræ loquantur, ſcil. & quod dominium rerum tranſeat ita, *d. §. 2. I. de acquis. per arrogat. d. l. 80. de legat. 2.* & quod res ipſæ. *d. l. 15. pr. de adopt. § ult. I. per quas perſon. nob. acquir.* & per cæteros textus ſupra allegatos.

Definitio Rei. VII. Deſcribi autem commodè poſſe videtur hic Tranſitus dominii & aliorum jurium legalis, quod ſit modus eadem acquirendi non per poſſeſſionis aut quaſi translationem, apprehenſionem, ſed ſolam legis ita diſponentis poteſtatem. Cujus deſcriptionis explicatio ex ipſa cauſarum tractatione deſumi poteſt.

Diviſio. 1. VIII. Diſtingui poteſt hic tranſitus dominii legalis 1. A Cauſa Efficiente in purum & mixtum. ad exemplum ſcil. pignoris legalis ſeu taciti, quod ita quoque à Dd. diſtinguitur. Bachov. *ad Tr. v. 2. d. 1. th. 2. pr. & th. 4. a.* add. Franzk. *π. de pignor. th. 31.* Dn. Hahn. *ad Weſ. π. eod. num. 3.* Illum appello, quod fiat ipſo jure voluntate domini, à quo tranſit, nulla concurrente. Hunc verò ubi eadem concurrit, ſed debito & regulari, ad translationem requiſito, modo non declarata.

2. IX. 2. A Subjecto, cui fit acquiſitio, in Tranſitum in ſpecie & Reditum. Ille eſt, ubi dominium ab eo, ad quem ſine reverſionis lege pervenerat, ita ad aliquem tranſit; Reditus verò ubi dominium ab eo, ad quem ſub lege reverſionis translatum fuerat, ad priorem dominum pervenit; quod in jure etiam dicitur revenire *l. 5. ff. de leg. comm.* remeare. *d. l. ult. C. de legat.* reverti. *l. 59. de R. V.* Cujusmodi reditus contingit in tigno alieno ædibus juncto, cujus dominium, ſi dominus, qui fuit ante inædificationem, æſtimationem ejus non fuit conſecutus, ad eundem, iisdem dirutis, redit. text. expr. *in l. 2. C. de R. V.* ibi: *Si verò fuerit diſſolutum, ejus materia ad priſtinum dominum redit, arg. §. cum in ſuo. 30.* ibi: *eam vindicare. I. de rer. div. arg. l. 23. §. fin. ff. de R. V.* ibi: *cæmenta autem reſoluta prior dominus vindicabit. l. 59. ff. eod.* ibi: *ſimul atque inde dempta eſſent, continuò in priſtinam cauſam reverti, l. 15. pr. ff. de uſufr.* ibi: *refixa planè poſſe vindicari.* add. *l. 23. §. fin. ff. de uſucap.* vid. Dd. *ad d. §. 30.* Item & in ſpecie Dn. Brunnem. *ad d. l. 2.* Bachov. *vol. 2. diſp. Treutl. 20. th. 6. lit. A.* Talis quoque reditus dominii, quod ſopitum interim fuit & quievit, ut loquitur Bachov. *ad Tr. vol. 1. d. 15. th. 2. b.* ad uxorem ejusque liberos, cernitur ex nova Juſtiniani Conſtitutione, quæ extat *in l. 30. C. de jur. dot.* in rebus dotalibus ſoluto matrimonio extantibus, Perez. *C. ſol. matr. n. 9.*

Giphan. Dn. Brunnem. & Dd. *ad d. l. 30.* Talem quoque reditum admittunt, quicunque dominium utile facto aliquo ipſo jure amitti, & ad directum dominum reverti, ſive ipſo jure, (quod Germ. vocant heimfallen. Giphan. *ad l. 3. C. de pact. pign.*) ſive per ſententiam concedunt & docent. Uti de Emphyteuſi, quod, canone intra tempus lege definitum non ſoluto, ipſo jure id contingat, aſſerunt citati quamplures ab Harpprechto ad §. 3. I. *de loc. cond. n. 521.* id quoque aſſerente præter Dn. Ludw. *diſp. Inſt. 13. th. 8.* d. Dn. Hahn. *ad Weſ. π. ſi ag. vectig. num. 3.* In quibus & ſimilibus jus operatur ita ſine retraditione, ut loquitur Alex. *lib. 1. conſ. 10. num. 1.*

X. 3. Ab objecto, quod vel ſolitarius ſit, vel conjunctus cum poſſesſionis rei translatione, quæ unà à lege fit, uti id fit in arrogatione, *l. 16. de precar. junct. l. 15. de adopt.* vid. infra. Caſus alios adducere Dd. notat Tiraq. *tom. 4. part. 1. decl. 6. n. 7. & ſeqq.* 3.

XI. 4. Ab Effectu & temporis adjuncto in revocabilem & irrevocabilem; prout nim. dominium hac ratione ad aliquem tranſit, ita ut ad certam usque conditionem aut tempus, & ſic, interim, ut loquitur Ulp. *in l. 12. §. 2. ff. fam. hercisc.* ipſius ſit, quo exiſtente ipſo jure iterum ab eo revertatur; aut in perpetuum ſine temporis determinatione aut conditionis adjectione. Confer Dn. Hahn. *ad Weſ. de R. V. n. 3.* Quomodo revocabiliter tranſit, e. g. res ſub conditione alicui legata, in heredem ante conditionis eventum, text. eleg. *in l. 1. §. 4. de SCto Silan. l. 29. §. fin. ff. qui & à quib. man.* adde *l. 11. ff. de manum. l. 81. pr. ff. de legat. 1. l. 105. ff. de condit. & dem. l. 66. de R. V.* idemque eſt, ſi ex die incerto legata, ante illius diei exiſtentiam, *l. ult. §. 3. C. comm. de legat.* & ibi Dn. Brunnem. aut ſi ad diem certum res alicui legata aut fideicommiſſo relicta, *l. ult. C. de legat.* & ibi cit. Brunnem. Non pauci dicunt legati tranſitum fieri revocabiliter antequam acceptetur. Cardin. Tuſch. *concl. pr. 607. lit. D. num. 36. & ſeqq.* Verum melius dici videtur, quod, ſi acceptatio ſequitur, inde à mortis tempore irrevocabiliter tranſierit; ſi verò repudiatio, quod nunquam. vid. M. Ant. Bard. *de temp. util. c. 12. n. 12.* Hahn. *ad Weſ. π. de legat. 1. n. 8.* aut apparenter. Id quod Bachov. *ad Tr. vol. 2. d. 13. th. 7. lit. A.* verb. *quid ſi legatarius.* ita mitius effert. *Et dixerim, etiam ante agnitionem dominium in legatarium tranſire videri. Sed quoniam invito obtrudi non poteſt, tranſire quaſi ſub conditione reſolutiva, ut ſi repudiaverit, nunquam penes ipſum fuiſſe videatur.* 4.

XII. De

Notab. XII. De hac autem diſtinctione id tenendum monet poſt plures allegatos Roſenth. *in tr. ſeud. tom. 2. cap. 11. concl. 5. n. 5. pag. 365.* quod dominium in dubio irrevocabiliter à lege aut conſuetudine alicui detur. add. Barbos. *loc. voc. dominium. axiom. 15.* argumento ſcil. ejus, quod dominium, quod ſemel competiit, competere præſumitur, tam diu, donec contrarium probetur, ut tradunt Dd. *ad l. 16. C. de probat.* & aliàs legis effectus regulariter ſunt perpetui. unde, qui ſemel heres factus, ſemper talis manet, *l. 7. §. 10. ff. de minor. l. 88. ff. de her. inſtit. §. 3. I. de fideicommiſſ. her.* qui ſemel legitimus tutor factus, talis eſt perpetuo ad terminum lege definitum. Dd. *ad l. 11. pr. ff. de teſtam. tut.* Quam doctrinam applicat idem Roſenth. *d. l. n 3. & ſeqq.* ad notabile juris feudalis punctum, docendo ſcil. delicto à vaſallo in domini perſonam commiſſo feudum redire (quod per ſententiam privatoriam fieri cum plerisque tradit *in vol. 2. cap. 10. conc. 41.* non ipſo jure) ad dominum, non quoad vaſallus delinquens, & ejus deſcendentes vivunt, ſed perpetuò. De quo tamen aſſerto alii dubitant.

Tractatio ſpecialis *De Tranſitu hoc* Conſtitucdo, *& quidem de ejus* 1. Efficient. principal. *&* Proxim. *Remotivè.*

XIII. Pergo ad hujus tranſitûs, qui non per poſſeſſionis translationem aut apprehenſionem fit, cauſam Efficientem, eamque principalem & proximam, quam dico eſſe non Jus Gentium. non quod hoc jure rerum dominia ſine poſſeſſione acquiri nequeant, uti velle videtur Hotoman. *Illuſtr. quæſt. cap. 11.* Tiraq. *tom. 4. part. 1. declar. 6. n. 15.* ex ratione, quâ utuntur, quod dominium rerum cœperit ex naturali poſſeſſione, ut dicitur *in l. 1. §. 1. ff. de acquir. poſſ.* ſed quæ parum infert ad dominiorum jam occupatorum translationem acquiſitionemve; diſtincta quippe ſunt acquiſitio, ut vocatur à Grotio *lib. 2. de I. B. & P. c. 3. §. 1.* originaria, & quæ hanc ſubſecuta, derivativa, ita ab eod. Grot. *d. l. c. 7. n 1. junct. c. 8. n. pen.* appellata, ad quam ea, quæ hîc tractantur, pertinent. Ea, quæ nullius hactenus fuerunt, non aliter, quam poſſeſſione eorundem apprehenſa in noſtrum veniunt dominium, *§. 12. & 13. I. de rer. div. l. 3. §. 3. ff. de acquir. poſſ.* ſeu ut diſtinguit Beſold. *in delib. ex lib. 41. π. quæſt. 6.* dominationem. *Et ipſa naturalis ratio,* inquit alibi Grotius *in tr. de Mari Libero cap. 2. & legum diſerta verba & eruditiorum interpretatio manifeſte oſtendit, ad titulum dominij parandum, eam demum ſufficere inventionem (ſeu occupationem) quæ cum poſſeſſione conjuncta eſt, ubi ſcil. res mobiles apprehenduntur, aut immobiles terminis atque cuſtodia ſepiuntur.* Add. Vinn. *ad §. 18. I. de rer. div.* At quæ jam in alicujus venere domi-

dominium, ad ſui translationem naturaliter traditionem non requirunt, ita diſſerente eod. Grot. *in d. c. 8. n. pen.* & poſt primævam illam aliæ quoque acquiſitiones ſunt introductæ naturales & Civiles, quarum quædam non requirunt poſſeſſionem, verba ſunt Giphanii *in com. ad d. l. 20. C. de pact.* Hottomannum in hoc rectè notantis. Sufficit ergò hoc jure voluntas acquirendi, transferendi, cum ſuo ſigno. Grot. *d. l. 2. c. 6. n. 1. & 2.* qui quid de extrema neceſſitate famis, an ibi reviviſcat jus priſtinum, privatorum rebus tanquam communibus utendi, ſentiat, videri poteſt *in d. lib. 2. c. 2. n. 6.* Add. Barboſ. *loc. voc. neceſſitas, axiom. 5. & 10.*

XIV. Sed quia poſtquam Romani Legumlatores ad declarationem illam non quodlibet admiſere ſignum, verùm illud tantum, dum per traditionem rei veram aut fictam, h. e. poſſeſſionis rei translationem, apprehenſionem voluntas utrinq; ſe manifeſtat, *l. 20. C. de pact.* & ibi Dd. regulamq; in hoc conſtituerunt, add. *l. 3. ff. de O. & A.* Tiraq. *ad l. 8. C. de revoc. don. gloſſ. in verb. revertatur. n. 388.* non Gentium Juri amplius adſcribendum eſt, ſi qua alia ratione contra juris Civilis receptam regulam dominium tranſit. Scil. quemadmodum pactum e. gr. donationis, Gentium Jure, ſemotâ lege Civili, ſine dubio obligat, propter *l. 1. pr. ff. de pact. l. 1. pr. ff. de conſt. pec.* & per plures textus ac rationes adductas à Weſenb. *in π. de pact. n. 9.* at non obligavit in Imperio Romano, quo in ex pacto nudo nulla admiſſa fuit actio, *per l. 7. §. 4. 5. ff. l. 10. l. 13. C. de pact. l. 27. C. de locat. cond. l. 3. C. de rer. permut.* usque dum Imper. Juſtinianus pactum illud legitimum redderet, & ſuæ conſtitutionis aſſiſtentiâ validum *in l. 35. §. 5. C. de donat. §. 2. I. eod.* Igitur hic effectus juri huic proximè attribuendus eſt; unde etiam hoc, & alia ſimilia quædam pacta, legitima in jure vocantur, *l. 6. ff. de pact.* vid. Frid. Naſſer. *in diſp. de pact. legit. th. 29.*

XV. Juri itaque Civili tranſitus hic adſcribendus eſt, & legis poteſtati, *Poſitivò.* *l. 1. §. 1. l. 2. ff. de publ. in rem act.* Ulpian. *in fragm. tit. 20. de domin. & acquis. rer. §. 1. & 16.* Tuſch. *pract. concl. 602. lit. D. n. 83.* Bachov. *ad Tr. vol. 2. diſp. 13. th. 7. a. verb. quid ſi legatarius.* Ritterſh. *in exp. Nov. part. 6. c. 11. n. 10. & ad pr. I. de legat.* Hahn. *ad Weſ. π. de legat. 1. n. 8.* ac diſpoſitioni. De qua legis poteſtate nullus diſputabit, qui recordabitur, omnis juris noſtri cauſam efficientem primariam legem eſſe, atque ab hujus authoritate dependere, ut actus civium valeant, aut pro irritis habeantur: ut rerum dominia ab uno in alium tranſeant vel non. *Summa poteſtas civitatem, & in ea perſonas, res ac jura, actiones, moderatur eo ordine ac diſ-*

 poſi-

poſitione, quam natura ipſa ad finem publicæ felicitatis obtinendum luculenter præſcripſit. inquit nonnemo. add. *l. 5. pr. C. de I.L. Lex rerum neceſſariarum domina eſt atque arbitra.* verba ſunt Ritterſh. *in expos. Nov. p. 12. c. 11. num. 5.* Eleganter in hanc rem ſcribit Vultej. *in com. ad pr. I. de R.D. n. 26. Summa & principalis dominij acquirendi cauſa efficiens eſt jus, cui ſubordinata eſt cauſa efficiens alia minus principalis, nimirum hominis voluntas: Ita enim jure acquiritur dominium, ut jus in ſocietatem ſui circa ejus acquiſitionem adſciſcat voluntatem hominis plerunque. Plerunque, inquam, quia fit interdum, ut dominium alicui acquiratur, hominis voluntate etiam repugnante, nunquam hominis voluntate, ſi jus repugnet. Vt enim quis rei ſuæ dominium transferat, alius verò ejus dominium acquirat, id non ex voluntate hominis principaliter, ſed ex voluntate legis æſtimandum eſt. Si homo rei ſuæ dominium transferre velit, jus autem transferri nolit, nihil agit. Si jus dominium rei transferri velit, homo autem nolit, dominium nihilominus transfertur.* add. eund. *in I. R. lib. 1. c. 69. n. 12.* Cui ſimilia ſcribit Anton. Faber *de error. pragm. decad. 44. err. 9. n. 2.* addens, quod ipſi traditioni etiam auctoritatem lex præſtet, ut per eandem dominium transferri poſſit, ne alioqui ſit nuda traditio, *per l. 31. pr. de acquir. rer. dom.*

Object. XVI. Neque dictis repugnat, quod dominium ſit Juris Gentium inventum & conſtitutio, *§. 2. I. de Iur. Nat. Gent. & Civ. l. 5. de I. & I.* quia id verum eſt de dominii eſſentia, non de ejus acquirendi modis, quorum plures Gentium quidem jus primitùs introduxit; at Jus Civile in qualibet republica auget aut minuit, dominio tamen nihilominus Juris Gentium manente. Addit: Gloſs. *ad l. 5. ff. de I. & I. lit. b.* Paris. *vol. 1. cons. 1. n. 108.* Exemplo ſervitutis & nonnullorum ejus conſtituendæ modorum, *§. 2. junct. §. 4. I. de jur. perſon.* & ibi Vinn. *in comment.* ipſius etiam poſſeſſionis, quam in ſe Juris Gentium eſſe conſtat, ita tamen ut inconveniens non ſit, quosdam ejus acquirendæ & retinendæ modos juris eſſe Civilis. Tiraq. *in tom. 4. part. 1. declar. 6. n. fin.*

Ampliat. XVII. Nihil autem refert lege tale quid introductum ſit, aut conſtitutione Principis. Ant. Fab. *d. tr. dec. 47. err. 8. n. 11.* Expreſſa an tacita legislatoris voluntate ſeu conſuetudine. arg. eorumquæ habet Tiraq. *d. l.* Generali jure, an verò ſtatuto; nam & huic poteſtatem illam eſſe oſtendit id. Tiraq. *ad l. 8. C. de revoc. don. verb. revertatur. n. 371.* quomodo interdum ex ſtatutis ipſo jure fiſco quid acquiri teſtatur Dn. Lindenſp. *ad O. Prov. Württ. pag. 84. num. 8.* Sic & aliorum regnorum legibus cautum

repe

reperitur, ut in aliis etiam caſibus quam qui Jure Rom. excepti ſunt, dominium ipſo jure tranſeat. Ita de Hiſpaniæ regno id habet Gutierez. *pract. quæſt. lib. 2. quæſt. 118. n. 4.* quòd dominium, imò & poſſeſſio medietatis bonorum acquiſitorum conſtante matrimonio ſtatim ipſo jure tranſeat in uxorem, absque alia traditione. Secus ac Jure Rom. *per l. ſi quis ſocietatem. 74. ff. pro ſoc.* & ibi Gloſs.

XVIII. Jure noſtro Juſtinianæo à regula *d. l. 20. C. de pact.* in quam plurimis caſibus receſſum eſt. Conf. Paris. *vol. 1. cons. 42. n. 25.* Cujac. *in recit. ad l. 1. pr. ff. de acquir. poſſ.* quos, non tamen omnes, collegit Gloſſa hinc inde, potiſſimum tamen ad *l. 50. §. 1. ff. de R. V.* ex qua Doctores eos communiter recenſent, nullos alios plerunque addentes, quorum tamen non pauci ſunt, de quibus quidem variantes circumferri opiniones, patebit infra. Extra quos caſus, qui ratione aliqua ſine poſſeſſione dominium ſibi acquiſitum prætendit, in vanum laborat, deficiente ſcil. tranſitûs hujus cauſa efficiente, quam certam legis diſpoſitionem eſſe ex dictis conſtat. Ant. Faber *dec. 44. error. pragm. 9. n. 2.* quæ quia contra jus commune, idcirco ad caſus, de quibus leges tranſitum hunc introducentes, non loquuntur, extenſio fieri non poteſt, per jur. vulgat. Alex. *d. lib. 1. conſil. 10. num. 2.* *Conſequent. Gener.*

XIX. Hinc fruſtraneus eſt, qui ex voluntate, aut diſpoſitione hominis ſine traditione ſe dominum alicujus rei aſſerit, ſi lex eandem non juvet. Menoch. *1. præſumt. 46. n. 34.* Beſold. *2. conſil. 49. n. 95. fol. 80.* Hinc ex laudo, ut ut in eo id exprimatur, non facta executione ejus aut rei traditione, dominium non tranſit, ex Alex. *lib. 5. conſil. 1. n. 4.* Card. Tuſch. *pr. concl. 603. n. 71. lit. D.* Hinc cum in jure feudali nullibi dicatur per inveſtituram abuſivam utile rei dominium, feudale ſcil. acquiri, fruſtra per eandem id ſe acquiſiviſſe quis ſtatuet, *arg. c. un. pr. vers. ſtrenuus. 2. F. 1.* junct. *d. l. 20. C. de pact. l. 3. ff. de O. & A.* add. *c. un. pr. 2. F. 2. §. 1. 2. F. 7. §. ſi facta. 2. F. 26.* poſt Schrader. *tr. feud. part. 5. c. 2. n. 15.* & alios. Dn. Struve *ſyntagm. jur. feud. cap. 8. th. 9. n. 1. 2.* ubi latè in hanc rem. Sic cum ſolo contractu dominii translativo celebrato regulariter non tranſeat juris poteſtate dominium ſine traditione: fruſtra vindicabit quis rem emtam, ſed ſibi non traditam, *l. pen. C. de R. V.* & ibi Gloſs. *l. 50. pr. ff. eod. l. 40. ff. de act. empt. l. 13. C. de diſtr. pign.* Sic licet lex ſeu pactum commiſſorium & addictionis in diem reſolutivum, adjectum venditioni ex voluntate contrahentium, ex legis diſpoſitione facit, ut ipſo jure, exiſtente conditione, redeat dominium rei venditæ; quia tamen hoc ſpecialiter tantum *Special.*

eſt introductum in his pactis, pactum de retrovendendo id non operabitur, cum ibi lex deficiat. eleg. Alex. *d. lib. 1. cons. 10. n. 1. & ſeqq.* etiamſi hodiernis temporibus id non minus frequens ſit, quam iſta duo pacta: ob quorum tamen frequentiam iſte tranſitus in illis introductus. Id. *d. l. n. 2.* Idem dicendum de aliis pactis reſolutivis, ut: ſi diſplicuerit intra hoc tempus, inemta res ſit. *l. pen. C. de ædil. act.* Alex. *d. l. n. 4. & 5.* ubi hanc communem eſſe dicit, & in judicando ab ea non recedendum. (Dominium enim licet poſtea titulus, ex quo translatum, reſcindatur, non' tamen ſine traditione retransfertur. Tiraquell. *in d. l. num. 17.*) Quanquam & alii plures ſint in contrarium, ut videre eſt apud Dn. Brunnem. *ad l. 3. C. de condict. ob caus.* idem & de re tradita cum pacto de non alienando ſtatuit Coler. *de proceſſ. exec. c. 3. part. 2. n. 415. per d. l. 3.* vid. ibid. Brunnem. Sic confeſſio: rem meam eſſe tuam: ob dictam cauſam non præjudicat ratione dominii confitenti. Alex. Stiaticus *in pract. judicial. c. 19. n. 32.* Sic licet re ob cauſam data, quæ tn. vel non juſta fuit, vel rediit ad non juſtam cauſam, vel nulla fuit; aut ſi fuit, ſecuta non eſt, æquum videbatur dominium rei traditæ ipſo jure reverti debere, ut laxior eſſet agendi facultas ei, qui tradidit, in caſu ſi debitoris, qui accepit, inopia actionem excludit, & res penes alium exiſtit; ob dictam tamen cauſam non revertitur, *per l. 1. §. fin. l. pen. & t. t. ff. de cond. ſin. caus.* Alex. *d. lib. 1. cons. 10. num. 4.* Quod idem & de indebito ſoluto dicendum, propter *l. 53. & t. t. ff. de cond. ind. §. pen. I. de obl. quæ quaſi ex contract. junct. §. 1. & 14. I. de Act.* Sic licet difficile ſit, in donatione omnium bonorum aut venditione hereditatis ſingularum rerum dominium acquirere per poſſeſſionis earundem apprehenſionem, & ſic tranſitum hunc legalem difficultas iſta ſuadere videbatur; quia tamen lex deeſt, ſine traditione id minime transfertur, *l. 6. C. de her. vel Act. vend.* quam doctrinam, quæ eſt Accurſii, ut ſingularem, perpetuo memoriæ eſſe commendandam arbitratos eſſe Bart. & Petr. de Ravenn. tradit Maſcard. *de prob. vol. 1. concl. 537. n. 6.* Add. Card. Tuſch. *pr. concl. 603. n. 39. & ſeqq. lit.* D. Petr. Aug. Morla. *Empor. part. 1. quæſt. 5. tit. 9. fol. 422.* ubi de contractu venditionis, an ex eo dominium tranſeat, latè pro & contra. Sic licet delictum multis dicatur modus privandi aliquem dominio ipſo jure; non tamen procedit id, niſi in caſibus jure expreſſis, ut ex Bald. *ad l. ſi quis. 7. C. unde vi. n. 33.* notavit Farinac. *lib. 1. cons. 5. num. 18.*

Cauſa effic. minus princ. ſeu impuls.

XX. Cauſa quæ moverit Jus Rom. ut à regula illa l. 20. C. de pact. recederet, & in tot caſibus tranſitum hunc legalem admitteret, non una fuit.

Vide-

Videtur autem ad ſequentes claſſes referri pleroſque poſſe. Impetravit ſcil. hoc facile in caſibus certis. 1. Difficultas per ſingularum Univerſitatis rerum poſſeſſionis apprehenſionem totius dominium acquirendi, longum noxiumvè ſæpe temporis tractum deſiderans. fac. quæ tradit Franzk. *tr. pro ſoc. n. 42.* 2. Favor, vel ultimarum voluntatum, *l. 1. vers. ſi enim. C. commun. de leg. ibi: ut omnibus modis voluntati ejus ſatisfiat* junct. *l. 76. §. 8. de legat. 2.* Vel liberorum prioris matrimonii parente ad ſecundas nuptias convolante, *l. 3. & t. t. C. de ſec. nupt.* Sichard. *ad d. l. 3. n. 2.* Perez. *C. eod. n. 2.* Tuld. *Cod. eod. n. 2.* vel mulierum, ne indotatæ maneant, *l. 9. §. 1. ff. de jur. dot.* Add. Tuſch. *concl. pr. 602 n. 68. lit. D.* vel Fiſci. vid. *l. 14. ff. de publ. & vectig.* Reinking. *de R. S. & E. lib. 1. cl. 4. cap. 18. n. 16.* Eccleſiæ. *ex l. fin. C. de SS. Eccl.* ſecundum Coſtam *de quota & rata, quæſt. 155. n. 17.* Menoch. *rem. 4. de adip. poſſeſſ. n. 346.* Tiraquell. *tract. de privil. pia cauſ. pr. 107.* Reipublicæ. idem Coſta *d. l.* vel alimentorum, ſecundum quoſdam, Dn. Brunnem. *ad d. l. 1. C. de donat. quæ ſub modo.* vel boni publici, ut certa ſint rerum dominia, *pr. I. de uſucap. l. 1. ff. eod.* ut familiarum illuſtrium ſplendor conſervetur. Reinking. *d. l.* aut per ædium refectionem aſpectus urbis, *l. 1. pr. ff. de tign. junct. l. 52. §. 10. ff. pro ſoc. l. 4. C. de ædif. priv.* Giphan. *ad d. l. 4.* Diod. Tulden. *C. eod. n. 8.* 3. Frequentia pactorum nonnullorum, addictionis nimir. in diem, commiſſorii, ut ex Bart. & Angel. *ad l. 1. in fin. ff. de donat.* refert Alexand. *lib. 1. cons. 80. n. 2. & 5.* 4. Odium delictorum nonnullorum & deteſtatio, quale eſt e. g. inceſtus. Gloſſa *ad Nov. 12. c. 1. verb. imminere.*

XXI. Hæc de cauſa tranſitum hunc introducente, quæ ipſa per ſe ſola, prævia cauſa tranſitum hunc ſuadente, operatur, ita tamen, ut ſæpiſſimè voluntatem domini, cujus res illa hactenus fuit, in ſui conſortium aſſumat, de ſe aliàs ad hoc, ſine poſſeſſionis translatione perficiendum, inhabilem. quod quibus in caſibus fiat, ex ſeqq. manifeſtum evadet. In acquirente autem hac ratione & modo legali ſcientia non ſemper exigitur, *text. in l. 19. §. fin. ff. quem. ſerv. am. l. 16. §. 1. de teſtam. l. 77. §. 3. de legat. 2.* in quib. text. de emolumento ex teſtamento agitur. *l. 8. C. de ſuis & leg. her. §. 3. I. de her. quæ ab inteſt. def. l. 11. § fin. l. 12. junct. l. 6. de mil. teſt.* ubi de hereditate, quæ ſuo heredi defertur. vid. Beſold. *5. cons. 243. n. 1 fol. 220.* ubi de dominio parentum in liberos ignorantes poſt mortem eorum tranſeunte. Cujac. *in recit. ad d. l. 1. pr. ff. de acquir. poſſ.* Sc. ſecundum regulam à Dd. ex dd. textibus traditam, quod ea, quæ per legem ipſo jure fiunt, hominis ſcientiam non deſiderent. Tiraq. *ad l. 8. verb. revertatur. C. de revoc. do-*

nat. n. 450. Hering *de fidej. cap. 25. n. 103. & ſeqq.* Et hoc conſtituere legi facilius fuit, quam concedere, ut ignoranti aliquis obligetur, juxta Ant. Fabr. *dec. 47. error. 8. n. 12.* Cæterum voluntatem ejus, in quem Jus ita tranſire facit, ut dominium cum effectu acquiratur, tanquam cauſam ſine qua non, ut loquitur de amiſſione emphyteutici juris Dn. Brunnem. *ad l. fin. C. de jur. emph.* add. Diod. Tulden. C. *eod. n. 17.* neceſſariam eſſe, non eſt dubitandum. Tranſitus enim hic ratione ſui termini ad quem, favor ſemper juris eſt; Regula autem juris eſt, quod ſi lex aliquid ipſo jure fieri voluerit ad favorem alicujus, id intelligatur, ſi ipſe velit, tradita à Mantic. *de tac. & amb. convent. lib. 4. t. 29. n. 14.* ſcil. propter *l. 69. ff. de R. l. fac. l. 31. ff. de pignor. l. 4. C. de pact. int. emt.* quod latè oſtendit, & pluribus exemplis deducit Tiraq. *ad l. 8. C. de revoc. donat. verb. revertatur. n. 10. &c.* Itaque ante illam declarationem regulariter non eſt in bonis ejus; prout de hereditate ante aditionem id patet *ex l. 63. pr. ff. ad l. Falc.* Kellenbenz. *de renunc. ſucc. quæſt. 5. n. 3.* Quid in pacto addictionis in diem reſolutivo obtineat, vid. *in l. 9. de in diem add.* de lege commiſſoria *in l. 4. §. 2. de leg. commiſſ.* Confer. ea, quæ infra th. 44. & ſeq. proponuntur. Quibusdam tamen in caſibus, olim maximè, dominia & jura rerum invitis etiam ita fuere quæſita, ut ſervo heredi inſtituto, *§. 1. I. de her. qual. & diff. §. 2. I. de her. quæ ab inteſt.* ſuo heredi, *§. 2. I. eod. & ibi Dd.* Cujac. *in recit. ad l. 1. pr. ff. de acquir. poſſ.*

2, Subject. *tum* à quo; XXII. Pergo ad Tranſitus hujus legalis Materiam Subjectivam, & 1. quidem Subjectum à quo. Circa quod requiritur, ut tum dominus ſit rei illius is, cujus dominium tranſire debet, ex natura ſcil. privationis. Menoch. *de recup. poſſ. rem. pag. 354. n. 7.* Cum enim in hoc tranſitu ab uno dominium abire, & ad alium devenire debeat, neceſſe eſt, ut penes illum fuerit, à quo abit. Scil. quod in translatione Dominii, quæ fit ab homine (vid. quæ dicta ſub Dn. Præſide *in diſſ. de traditione vera. th. 17.*) id & in translatione hac legali uſu venit. Patet id vel exinde, quod licet quis rei, cujus dominium aliàs, ſi penes ſubjectum hoc fuit, ipſo jure tranſit, poſſeſſionem etiam nactus fuerit, dominus tamen inde regulariter (*propter l. ult. C. de quadr. præſcr. & §. fin. I. de uſuc.*) non fiat, ſed in conditione uſucapiendi tantum conſtituatur, *arg. t. t. ff. pro hered. & ff. pro legat.* Hæc ipſa autem translatio ſæpè fit volente rei domino, non raro autem ſine ejus voluntate, imò & contra eandem. Neque hîc requiritur libera ſemper bonorum adminiſtratio,

XXIII. 2, Sub-

XXIII. 2. Subjectum ad quod, varium eſt, ut ex enumeratione objectorum patebit. Circa id requiritur, ut tempore illo, quo fit tranſitus, ſit habile: aliàs enim non ad illum, ad quem aliàs data habilitate ſolet, dominium tranſibit, ſed ad alium capacem. Ita à defuncto in heredem ſcriptum aut legatarium incapacem, teſtamenti factionem paſſivam non habentem, nihil tranſit, §. 4. *I. de her. qual. l. 40. §. 1. de hered. inſtit.* Quemadmodum & aliàs extremorum habilitas deſideratur in hoc tranſitu. uti id Paris. *1. conſ. 77. n. 13. fol. 143.* illuſtrat exemplo, quo rei Eccleſiæ venditæ, ſed nondum traditæ dominium aliàs tranſire dicitur in eandem, modo precium ab ea fuerit ſolutum, aut fides de eo habita, *juxta ſc. §. vendita. 41. I. de R. D.* Aliud exemplum habet Mantica *tr. de tac. & ambig. convent. lib. 13. tit. 44. in fin.* ad reditum Dominii legalem pertinens, ſcil. quod debeat probare actor, ſe tempore. e. g. donationis fuiſſe dominum. Idem requirit in caſu; quo per ſtatutum poſſeſſio ipſo jure tranſit, Tuſchus *pr. concl. 602. n. 94. lit. D.* *ſum ad quod.*

XXIV. Objectum hujus Tranſitûs in genere ſunt res quælibet in patrimonio exiſtentes, tum univerſales, ut hereditas, totum alicujus patrimonium, tum ſingulares; res præterea, tam corporales, (de quarum dominii tranſitu potiſſimum hîc agitur,) quam incorporales, qua ſine quaſi traditione (de qua harundem rerum quaſi traditione actum eſt ſub Dn. Præſide *in d. diſp. de quaſi traditione th. 31. & ſeqq.*) in ſuis caſibus ipſo jure quoq; tranſire conſtat; de ſervitute quidem reali per legatum relicta *ex l. ult. & tt. ff. de ſervit. leg. text. eleg. in l. 19. §. 1. ff. quem ſerv. am.* Cœpoll. *de ſerv. urb. præd. cap. 21. n. 2.* Dn. Ludwel. *diſp. Inſtin. 5. th. 7. b.* de perſonali, uſufructu e. g. *ex l. 10. l. 29. ff. de uſu & uſufr. leg. l. 25. §. fin. ff. de uſufr.* Quamvis n. ſunt, qui ſervitutes hujus tranſitûs objectum in eo caſu non eſſe contendunt, quod facit. Ant. Faber, *in dec. 65. error. pragm. 2. p. m. 290.* ubi de uſufructu legato diſſerit. Confer Dn. Hahn. ad *W. de ſervit. n. 5. & de uſufr. n. 9.* Errorem tamen hunc textibus & juris analogiæ evidenter ſatis contrarium refellendo ſollicitus poſt alios fuit Bachov. in comm. *ad §. 1. I. de uſufr. & ad Tr. vol. 1. diſp. 16. th. 7. a. & diſp. 17. th. 7. b.* ubi videri poteſt. Sed quæritur: An in legato uſufr. rerum uſu conſumptibilium opus ſit traditione earundem, ut dominium transferatur? vid. Card. Tuſch. *lit. D. pract. concl. 607. n. 22.* Pignus quoque huc pertinet, ſive pacto nudo conſtituatur, ut poteſt, per *l. 1. pr. de pignor. act.* Neguzant. *de pignor. part. 3. membr. 1. n. 1. p. m. 251.* quod Prætoris demum edicto ita factum eſt, cum ante id & hic res manſerit ſub regula *l. 20. C. de* 3. Object. & Generaliis.

pact. junct. l. 3. ff. de O. & A. notante Franzk. *π. de pignor. num. 40. & ſeqq.* Sive etiam in teſtamento, *l. 26. pr. de pignor. act. l. 12. de alim. leg.* per legatum ſcil. ex quo id tranſire in legatarium ipſo jure nullus dubito, propter textus generales adductos & adducendos. Sivè immediatè à lege ita, ut domini voluntas nulla concurrat, per *tt. ff. de quib. mod. pig. vel hyp. tac. conſt.* Sed & actiones aut jura activa ita, ſine ceſſione, aut quaſi traditione tranſire in ſuis caſibus, extra dubium eſt, *arg. d. §. 1. I. de acquiſ. per arrog. l. 24. de V. S. l. 62. ff. de R. I. text. ſpec. in l. 37. ff. de A. vel O. H. l. 37. pr. ad SCtm. Treb.* etiam pignus defuncto conſtitutum, *l. 1. C. ſi unus ex plurib.*

Notab. XXV. Hæc quidem in genere de Objecto hujus tranſitus, de quo id notandum, quod & in eo habilitas requiratur. Unde licet in judicio communi dividundo judex de alieno fundo quid adjudicaverit, per adjudicationem tamen dominium tunc minimè transfertur, ſed tantùm in conditione uſucapiendi acquirens conſtituitur, *text. eleg. in l. 17. ff. de uſucap.* Idem judicium de cæteris eſto *fac. huc. tit. ff. pro harede pro legat. & ſimiles.*

Speciali. XXVI. In Speciali autem Objecto hujus tranſitûs recenſendo & enumerando admodum inter ſe Doctores, extra modos illos potiſſimum, quibus rerum dominia jure Civili acquiri ex Juris principiis conſtat, variant, adeò ut pleraſque Doctorum à regula dictæ legis 20. C. de pact. exceptiones commentitias & in jure noſtro non fundatas eſſe pronunciare haud vereatur Giphan. *ad d. l. 20. p. m. 47.* Ego in generali tranſitûs hujus legalis tractatione adducam tantum, & breviter quidem ac plerunque ſine cenſura (eandem aliis nunc relinquens) tum quæ de ſpeciali Objecto certa ſunt, tum quæ à Dd. hinc inde proponuntur, confer. Grot. *lib. 2. de I. B. & P. c. 8. n. 25.*

1\. XXVII. Ac 1. quidem ita tranſit hereditas ſeu totum à defuncto relictum patrimonium in ſucceſſorem à Jure Civ. quâ Prætorio opponitur, vocatum, *d. §. ult. I. per quas perſ. nob. acquir. l. 37. ff. de A. H. l. 23. pr. ff. de acquir. poſſ.* Card. Tuſch. *pr. concl. 607. n. 13. lit.* D. Frid. Prückman. *vol. 1. conſ. 39. n. 30.* Knipſchild. *tr. de fideicomm. c. 10. n. 22.* Cujac. *ad l. 1. §. 1. de acquir. poſſ.* Sive ab inteſtato, ſive ex teſtamento. Tiraq. *tom. 4. part. 3. de jur. conſtit. poſſ. n. 6.* in extraneo quidem herede facta aditione. Hart. Hartman. *pract. For. lib. 2. tit. 41. obſ. 4. p. m. 378.* Sichard. *ad l. 14. n. 6. C. de jur. delib. fol. m. 900.* ita ut exinde retrò à tempore mortis dominus fuiſſe cenſeatur, *l. 138. pr. l. 193. ff. de R. I.* & ſingulæ res

in eo

in eo relictæ, quæ ad defunctum pertinuere, *d. l. 37. l. 80. ff. de legat. 2. Ulp. in fragm. tit. 25. de legat. §. 28.* ut ita in rem agere poſſit, etſi poſſeſſionem rei, quæ hereditati obvenit, adhuc non habuerit, *text. expr. in l. 50. §. 1. ff. de R. V.* etiam contra tertium & ſingularem ſucceſſorem. Card. Tuſch. *pr. concl. 602. n. 103. lit. D.* Conf. Barb. *locupl. voc. liberi axiom. 1.* ubi plura de dominio rerum patris, eo mortuo, in filium tranſeunte; nec non Paris. *vol. 1. cons. 107. n. 15. fol. 199.* nec non de legitimæ dominio, ipſo jure tranſeunte, in Cons. Marp. *vol. 2. cons. 19. n. 69. p. 181.* Quod ita in ſuis heredibus verum, ut continuari in eos, mortuo patre, dicatur dominium, *l. 11. ff. de lib. & poſth. §. 2. I. de her. qual. & diff.* quod quidem, quomodo intelligendum, explicat D. Hahn. *ad Weſ. π. de acquir. rer. dom. n. 4* Conf. M. Ant. Bardus *de temp. util. & contin. c. 12. n. 5. & ſeqq.* Faber *err. pragm. dec. 3. err. 1.* Eleganter ad rem I. P. W. *part. 3. tit. 21. §. fin* ibi: Vnd ob wol das gantze Dominium oder Eigenthumb aller deß Verſtorbenen hinderlaſſenen Erbgüter (es ſeye Ligends oder Fahrends / nichts außgenommen) mit allen andern ſeinen gehabten Rechten vnd Gerechtigkeiten (ſo viel deren nach beſag der Rechten in vnd auff die Erben erwachſen / vnd nicht mit deß Verſtorbenen Perſon erlöſchen / oder die Endſchafft erreichen) den Erben in Krafft der Adition zugeeignet / vnd acquiriert. Quod Jus in Univerſitate hac acquiſitum vocatur Jus hereditarium, ſive jus, per quod hereditas ad nos pertinere & heredis propria dicitur. Dn. Hahn. *de jur. rerum. th. 74.* à Bachovio dominium Univerſitatis, *ad Weſ. π. de petit. her. n. 2.* Add. Köppen. *decad. 1. enucl. 2. n. 68.*

XXVIII. Huc pertinet, quod fideicommiſſaria hereditas, ſ. jus hereditarium fideicommiſſarium, aut, ut alii loquuntur, dominium hujusmodi hereditatis, etſi rerum ad eam pertinentium poſſeſſionem fideicommiſſarius nondum nactus fuit, in eundem tranſeat ipſo jure, ſi verbis, per epiſtolam aut nuncium ejus reſtitutio facta, *text. in l. 63. pr. junct. l. 37. pr. ff. ad ad SC. Treb.* Add. *l. 12. §. 1. ff. de publ. act.* Ant. Fab. *decad. 70. error. pragm. 10. vers. nam tametſi. p. m. 447.* Dn. Struve *π. ad SC. Treb. th. 27.* aliud foret, ſi in poſſeſſione jam eſſet, tunc enim talis reſtitutio ficta foret traditio, ut oſtenditur in diſp. ſub Præs. hab. *de ficta tradit. th. 11. & 28.* Sichard. *ad. d. l. 14. C. de jur. delib. n. 6. fol. 90.* Cæterum nonnullis in caſibus etiam ſine reſtitutione ipſo jure in fideicommiſſarium devolvitur; quor. nonnullos videre eſt ap. Dn. Brunnem. *ad l. pen. § 1. C. ad SC. Treb.* Menoch. *rem. 4. de adip. poſſ. n. 202. & ſeqq.*

2. XXIX. 2. Patrimonium quoque à defuncto relictum ad ſucceſſorem univerſalem à jure Prætorio vocatum, *d. § ult. I. per quas perſ. cuique acquir. pr. & t. t. I. & ff. de bonor. poſſ.* Coll. Jur. Argent. *π. de bonor. poſſ. th. 20.* quod jus vocatur jus hæreditarium aut hereditatis Prætorium, propter quod hereditas, Prætorio jure delata, noſtra eſt. Hahn. *ad Weſ. de poſſeſſ. her. pet. n. 2.* tranſitq; in bonorum poſſeſſorem, bonorum poſſeſſione agnita. Idem Dn. Hahn. *ad W. de bonor. poſſ. num. 3. in fin. & n. 7. in fin.* conf. Bachov. *ad Treutl. vol. 2. diſp. 15. th. 1. lit. b. c. & d.* Hoc ſcil. in univerſalibus ſucceſſionibus generale eſt, ut dominium ipſo jure, ſine apprehenſione, tranſeat. Card. Tuſch. *pr. concl. 602. n. 57. lit. D.*

3. XXX. 3. Omnia arrogati bona, *§. 1. I. de acquis. per arr. l. 15. pr. de adopt. arg. §. 2. I. de adopt. l. pen. §. 2. de bonor. poſſeſ. ſec. tab.* in arrogatorem, ſub diſtinctione tamen nota. quibus cum tamen & poſſeſſio (ſi arrogatus poſſidet) acquiritur arrogatori, *per l. 16. de precar.* vid. eleg. Vinn. *ad d. §. 1. n. 1.* Tiraq. *tom. 4. part. 1. decl. 6. n. 8.*

4. XXXI. 4. Bona defuncti, qui deceſſit datis in ultima voluntate libertatibus, nemine ei, forte ob æs alienum, ſuccedere volente, in eum cui libertatum conſervandarum cauſa fuerint addicta, *pr. & t. t. de addict. bon.* Gloſs. *ad l. 3. pr. ff. de publ. in rem act. lit.* C. Vult. *in comm. ad pr. & §§. ſeqq I. eod. n. 4.*

5. XXXII. 5. Rerum, quæ ſunt Socii, dum omnium bonorum ſocietatem contrahit, dominium in alterum ſocium ipſo jure tranſire *ex l. 1. in fin. & l. 2. ff. pro ſoc.* volunt Card. Tuſch. *d. pr. concl. 602. n. 70. lit. D.* Maſcard. *de probat. vol. 1. concl 537. n. 5.* Gutierez *lib. 2. quæſt. 118. n. 2.* Conf. Tiraq. *ad l. 8. de revoc. donat. verb. revertatur. n. 412.* Verum hoc fieri vi tacitæ ſ. fictæ traditionis *ex dd. text.* probat Gothofr. *in not.* ut ita, quod quidem vult Giphan, *ad l. 20. C. de pact.* hic caſus non ſit exceptio à regula d. legis. Add. *d. diſp. de quaſi tradit. dd. th.*

6. XXXIII. 6. Rei quæ à non domino tradita alicui, aut quæ aliena erat, aliàs bona fide poſſeſſa, per tempus, lege definitum, dominium in ipſum, qui uſucepit hoc modo, etſi hæc poſſeſſio non ſit factum de ſe aptum ad dominium conſequendum, per quod tantum uſucapionis occaſio præſtatur, *l. 33. ff. de m. c. donat.* tranſire, volente nolente ejus domino, conſtat *ex t. t. I. & ff. de uſucap.* notante Cujac. *ad l. 1. §. 1. d. A. p.*

7. XXXIV. 7. Rei à defuncto domino mortis cauſa donatæ, ut ut ab eo tradita non fuerit, dominium in donatarium, *arg. l. 37. pr. ff. de donat. m. c. l. fin. C. eod. §. 1. I. de donat. junct. d. l. 80. de legat. 2. d. l. 64. de furt. in fin, l. 2. ff. de publ. in rem act.* Cujac. *ad d. l. 1. §. 1. de A. poſſ. & 10. O. c. 28.*

C. J. A.

C.J. A. *de m. c. don. th. 10.* Harppr. *ad §. 1. I. d. donat. n. 19.* Maſcard. *de probat. vol. 1. concl. 537. n. 5.* Dn. Carpz. *I. F. p. 3. c. 1. def. 37. n. 2.* Sanchez *cons. moral. tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 13. n. 4.* Quicquid tamen de hoc interpretes & Dd. communiter ſentiant, diverſum nihilominus ab illis ſtatuit, erroremque id eſſe notat Ant. Faber *error. pragm. dec. 44. err. 9. num. 2.*

XXXV. 8. Rei propter nuptias donatæ dominium in uxorem, ſecundum, poſt Gloſs. Bart. Woſenb. *π. de jur. dot. n. 11.* & ibi Dn. Hahn. Franzk. *5. exerc. 8 n. 18.* Hart. Hartman. *pract. for. l. 2. tit. 36. obs. 1. n. 2. p. 357.* & alios. Sed ſecundum Bachov. *ad Tr. vol. 2. diſp. 19. th. 8 lit. b. vers. nuptiarum cauſa.* & alios citatos ab Excell. Dn. D. Bardili, Præceptore meo Colendiſſimo, *in diſp. de don. propter nupt. th. 53.* minimè. quibus addi poteſt Dn. Ludw. *diſput. Iuſtin. 6. th. 12. lit. d.* Rittershus. *in expos. Nov. part. 5. c. 5. num. 6.* 8.

XXXVI. 9. Rei ſ. ſpeciei per legatum relictæ in legatarium, *d. l. 80. de de leg. 2. d. l. 64. ff. de furt. §. fin. I. per quas pers. nob. acquir. §. 2. I. de legat. l. 9. §. 5. de pecul l. 10. §. fin. de condict. furt. l. 5. §. 8. de reb. eor. qui ſub tut. l. 44. §. 1. de leg. 1. l. 77. §. 3. de leg. 2. l. 3. §. 2. ff. de legat. 3.* add. *l. 86. §. 2. ff. de legat. 1.* Ulp. *in fragm. tit. 20. de domin. §. 16. l. 19. §. 1. quem ſerv. am.* Card. Tuſch. *pr. concl. 607. lit.* D. Cujac. *ad l. 11. ff. de R. I.* Fachin. *lib. 10. controv. cap. 52. pag. m. 830. num. 1. & lib. 12. cap. 68. p. m. 964.* Wurmſer *2. O. 11. n. 3. p. 142.* Bachov. *ad Tr. vol. 2. d. 13. th. 7. lit. a. verb. quod ſi legatarius.* C.J.A. *π. de legat. th. 62.* Franzk. *7. exerc. 1.* Dn. Hahn. *ad Weſ. de leg. 1. n. 8.* & Dd. communiter. Confer Munnoz ab Eſcob. *de ratiocin. comput. 10. n. 10.* Etiamſi res legata ſit poſſeſſa à tertio. Tuſch. *d. pr. concl. 607. num. 21.* 9.

XXXVII. 10. Rei per Fideicommiſſum particulare relictæ in fideicommiſſarium, *arg. §. 3. I. de leg. & t. t. C. com. de legat. junct. textib. ſupra de legato adductis.* Rittersh. *in expos. Nov. p. 6. c. 11. n. 10. p. 362.* Knipſchild *de fideicom. cap. 10. n. 19. c. 11. n. 26. cap. 13. n. 8.* ubi docet, quod dominium fideicommiſsi familiæ ad ſucceſſorem ipſo jure tranſeat. 1

XXXVIII. 11. Rei, quam Princeps conceſſit ſine traditione, in eum, cui conceſſit, ex ſolo titulo. Quod de donationis tantum titulo & gratia ac privilegio, non de cæteris titulis, admittunt Card. Tuſch. *pract. concl. 602. n. 83. & ſeqq. lit. D. & 611. n. 22.* Pariſ. *1. conſil. 27. n. 20. fol. 70.* Alex. *6. cons. 55. n. 16.* Cavalc. *part. 2. dec. 35. n. 31. & ſeqq.* Boſſius. *in tr. crim. tit. de Principe. n. 67.* Roſenthal *tr. feud. cap. 6. concl. 10. n. 7.* Confer Maſcard. 1

ſcard. *de probat. vol. 1. conſ. 540. n. 10.* ubi ſimul docet, quod propterea ex ſolo inſtrumento donationis, factæ à Principe, dominium probetur, juxta ſententiam citator. imò per id videri translatum dominium. Dn. Brunnem. *ad l. 15. C. de R. V.* de qualibet autem conceſſione verbali, ex quolibet contractu Frid. Pruck. *1. conſ. 39. n. 23. & ſeq.* ubi reſpuit illam diſtinctionem. A. Rauchbar. *quæſt. jur. civ. & Sax. p. 2. q. 11. n. 42.* Vultej. *in conſ. Marp. vol. 2. conſ. 30. n. 54.* ubi plures allegat. Barboſ. loc. *voc. dominium. axiom. 3.* ubi ex Tiberio Deciano & Vultejo *in conſ. Marpurg.* dicitur hoc unum eſſe ex Specialibus Papæ & Imperatori conceſſis. Alii de conceſſione ex contractu tùm, quum apparet Principem id voluiſſe, ut ſine poſſeſſionis apprehenſione tranſiret. Ægid. Boſs. *d. l.* Tuſch. *d. l. n. 8.*

12. XXXIX. 12. Rei feudalis ad ſucceſſorem ex ſanguine primi acquirentis natum & deſcendentem aut alium, cui is pactus, caſu ſc. eveniente reſtitutionis; ſiquidem feudum reſtitutioni de uno in alium ſubjacet. ex Alvar. & Andr. de Iſern. Dn. Struve *in ſynt. I. F. cap. 13. th. 18. n. 4.* ita ut ſemper ultimus agnatus ſit primi acquirentis ſucceſſor, etiamſi feudum per mille manus ambulaverit, ut cum Dd. *ad c. 1. de ſucceſſ. feud. 1. F. 8.* loquitur Vultej. *lib. 1. F. c. 9. n. 104.* & hoc, quod ipſo Jure in nos tranſeat, docet cum aliis Roſenthal *tr. feud. cap. 12. concl. 11. num. 39. & ſeqq.* Unde realem actionem tali concedunt, etſi poſſeſſionem nunquam adhuc habuerit, ſi ex. gr. ex ſucceſſione feudali (quam non fieri jure hereditario tralatitium eſt) Goth. Ant. *diſp. feud. 13. th. 3. a.* aut ex alia cauſa ad ipſum pertinet, ob quam revocatoriæ actioni (quæ nihil aliud eſt, quam feudi vindicatio, Dn. Struve *d. l. th. 16.*) locus ſit. Roſenth. *tr. de feud. cap. 9. concl. 100. n. 5. & c. 3. concl. 11. n. 8.*

13. XL. 13. Cui ſimile, quod ex pacto confraternitatis, quod inter Principes eſt, juxta Reinking. *de R. S. & E. lib. 1. cl. 4. cap. 18. n. 16. 17.* rerum, in iſto pacto comprehenſarum, dominium, in perſonas ex pacto comprehenſas, caſu contingente, ita tranſit.

14. XLI. 14. Rei feudalis in abuſivè inveſtitum. ſecund. Duaren. Finckelth. Gudelin. de feud. citatos à Dn. Struve, *S. I. F. c. 8. & 9. n. 2.* ſecundum cōmunem v. Feudiſtarum opinionem minimè. Id. Struv. *d. l. vid. ſup. th. 18.*

15. XLII. 15. Rei, circa quam dominus donationem aut contractum dominii tranſlativum cum Eccleſia celebravit, *per l. 23. pr. vers ſive itaq;. C. de S. S. Eccl.* dominium ita tranſire pleriq; credunt. quod quidem Dd. hinc inde de donatione Eccleſiæ facta pronunciant, Frid. Pruckm. *vol. 1. conſ. 39. n. 28.*

Grat.

Grot. *d. l. 2. de I. B. & P. c. 8. n. 25* Dn. Brunn. *ad l. 15. C. de R. V.* nec non in genere de piis cauſis, ex Jaſon. Card. Tuſch. *pr. concl. 602. n. 78.* Verùm de omni tali conventione ac titulo id intelligendum eſſe oſtendit ex d. l. 23. pr. & tradunt Jaſon. *ad §. 4. l. de act. n. 75.* Card. Tuſch, *pr. concl. 602. n. 62. & 77. & ſeq. concl. 603. n. 34. lit.* D. Oldenr. *ſyll. Except. for. p. m. 547. n. 21.* Tiraq. *tom. 6. gloſſ. 77. in verb. donatione largitus. n. 328. p. m. 144.* ubi fatetur omnes Dd. cum gloſs. hoc tradere *ad d. l. 23. & ad l. 1. C. de donat. quæ ſub mod.* Add. Bachov. *ad Tr. vol. 1. d. 15. th. 13. b.* Maſcard. *de probat. vol. 1. concl. 137. n. 7.* Et ſic etiam de venditionis titulo, Paris. *1. conſil 77. n. 13. fol. 143* Menoch. *rem. 4. de adipiſc. poſſ. n. 346.* Sichard. *ad d. l. 14. C. de jur. delib. n. 3. fol. 900.* Dn. Brunnem. *in comm. ad d. l. 23.* Vid. tamen Hubert. Giph. *ad l. 20. C. de pact. p. m. 47.* ubi hoc dogma commentitium eſſe docet. Quod tamen nonnulli etiam ad Eccleſiaſticas perſonas ementes extendunt, quod facit & Schrader *tr. feud. p. 5. c. 5. n. 12.* ſed plerique alii id non agnoſcunt. vid. Dn. Brunnem. *ad d. l. 15.*

XLIII. 16. Idemque & de conventione tali cum Civitate facta dici in 16.
d. l. 23. haud pauci aſſerunt. Coſta *de quota & rata, quæſt. 155. n. 17.* Tuſch. *pr. concl. 603. n. 54. lit.* D. Dn. Brunnem. *d. l. 15.* Confer. Maſcard. *de probat. vol. 1. concl. 384. n. 10.* De fideicommiſſo Univerſali Eccleſiæ aut piæ cauſæ relicto idem, ſecundum magis communes concluſiones, ex Alex. tradit Tuſch. *pr. concl. 607. n. 14. D.*

XLIV. 17. Rei cum pacto commiſſorio venditæ, ita, ut ſi precium ad 17.
diem conventum non fuerit ſolutum, res ſit inemta. & aliis ſimilib. verbis, *l. 5. ff. de leg. comm. junct. arg. l. ult. eod. l. 1. l. 4. C. de pact. int. emt.* Id quod docent Dd. comm. & cum iis Alex. *in d. leg. reſp. l. 1. conſ. 10.* C. J. A. *π. eod. th. 10.* Dn. H. ad W. *eod. n. 1.* Dn. Struv. *π. eod. th. 37.* poſt Franzk. *π. de leg. commiſſ. n. 3. & ſeq.* Confer. diſſent. Vasqui. *lib. 3. controv. uſu freq. C. 69. n. 2.*

XLV. 18. Rei ſub pacto addictionis in diem reſolutivo venditæ, ſi melior conditio intra tempus conventum fuerit allata, itidem in venditorem, ea poſt exiſtente, *l. 41. pr. de R. V.* Dn. H. ad W. *π. de in diem add. n. 3.* Dn. Struv. *π. eod. th. 35.* C. J. A. *π. eod. 16.* In quibus duobus quidem contrarius eſt Giphan. *in comment. ad d. l. 20. p. m. 47.* Ita tamen in illis ſpecialiter receptum eſſe, latè deducit Mantic. *tr. de tac. & ambig. convent. lib. 4. t. 28. n. 11. & ſeqq. & t. 29. n. 22. & ſeqq.* poſt Alexand. *d. lib. 1. conſ. 10. n. 1.* & Gloſs. *in l. 3. C. de pact. int. emt.* & Dd. comm.

19. XLVI.19. Rei,ſub pacto de retrovendendo venditæ,in ipſum primum,
ita vendentem, hoc modo tranſire dominium, ſi, vendita ab emtore re,
precium obtulerit,*propter l.13.pr.ff.de pign.act.l.31.de pign.* creditur à Pau-
lo de Caſtro, Fach. *l. 2. c. 15.* Joh. à Sande *de prohib. rer. al. part. 4. c. 2.
num. 12. & ſeqq. ubi latè.* & aliis: ſed non ab aliis, propter defectum legis
& text. *in l. 2. C. de pact. int. emt. l. 6. C. de rer. perm. junct. l. fin. §. fin. ff.
de C. E.* Alexand. *d. l. 1. conſ. 10. n. 2. & ſeq.* Gail. *integra obſerv. 15. lib. 1.*
20. ubi hanc opinionem Cameram quoque ſecutam eſſe fatetur.

XLVII.20. De ancilla, ſub pacto, ne proſtituatur, vendita, facultate in
iſtum caſum eand. abducendi reſervata, *vid. l. 56. de C. E* & ibi Goth. r. &
21. Brunnem. *ad l. 1. C. ſi manc. ita vend.* Confer. tamen Giphan. *ad d. l. 20.*

XLVIII.21. Rei, ſub conditione & pacto alimenta præſtandi, donatæ
ad donatorem, ſi donatarius promiſſis non ſtetit, quod per *l. 1. C. de do-
nat. quæ ſub modo.* probat Mantic. *de tacit. & amb. convent. lib. 13 tit. 44.
n. 5.* Add. Perez. *C. eod. n. 5.* Verùm propter eandem l. 1. diſſentit & non
dominium, realem tamen actionem utilem concedi arbitratur Bachov.
ad Tr. vol. 2. diſp. 19. th. 8. in fin. quanquam nonnihil hæſitanter, dum po-
teſtate legis reſolvi donationem ſimul agnoſcit. Confer. Pac. *in anal. C.
eod. n. 2.* Dn. Brunnem. *ad d. l. 1.* Giphan. *comm. C. ad tit. de donat in fin.*
qui ibidem addit, quod non improbabilis videatur ſententia aliorum In-
terpretum, quod non in cauſa alimentorum tantum, ſed in omni, ob non
impletam donationis legem, detur etiam in rem actio, ſed utilis: quia faci-
le ea detur, præſertim ei, qui ſemel dominus fuerit, & aliàs etiam ad revo-
22. candas donationes dari ſoleat. *l. 15. C. de don. propter N.*

XLIX.22. Rei donatæ, ut poſt tempus aliquod ad tertium quendam
perveniat, in eundem tertium, *per l. 3. C. de donat quæ ſub modo*, juxta Spe-
cul. Dec. & Ripam, citatos à Mantica *d. t.. & lib. tit. 48. n. 6.* Dn. Brun-
nem. *ad l. 1. C. eod.* Confer. Dn. Carpzov. *in I. F. p. 3. c. 8. d. 22.* Verùm
adverſus eosdem in contrarium adducit Mantica *d. l.* Cravettam & alios,
quibus addi poteſt Pac. *in anal. C. d. t. num. ult.* Tuſch. *pr. concl. 602.
num. 75. & ſeq.* Dn. Perez. *C. eod. num. 5.* Conf. Diod. Tulden. *C. eod.*
23. *num. 2.*

L.23. Ad exemplum horum, ut loquitur Dn. Brunnem. *ad l. fin. C.
de legat*, in donationibus & venditione pactorum, ad hunc effectum ad-
miſſorum, dominium legatorum & fidei commiſſorum, ad tempus re-
lictorum, eo exiſtente, in heredes remeare dicitur *in d. l. ult. C. de legat.*
Conf. Giphan. *in comm ad d. l.*

LI.24. Par-

LI. 24. Partis Rei, cum altero communis, à Judice in judiciis diviſoriis alicui ex heredibus, aut ſociis aut vicinis adjudicatæ, in eum, cui ita adjudicatio facta. Ulp. *in fragm. tit. 20. de dom. & acquis. rer.* §. *adjudicatione. 15.* §. *ult. l. de offic. jud.* & ibi Dd. *add l. 12.* §. *2 ff. fam. her. l. 17. de uſucap. l. 7. pr. ff. de public. in rem act.* & ibi Gothofr. *in not. l. 11. inf ff. de juriſd.* Petr. Faber *ſemeſtr. lib. 3. cap. 6. p. m. 85. vers. cum autem per adjudicationem.* Optimè Vinn. *in comm. ad d.* §. *ult.* ubi addit in fine, quod Lex XII. Tabb. adjudicationem unum eſſe voluerit ex modis acquirendi dominii jure Quiritium. In cæteris verò judiciis ſententia minimè transfert, *arg. d.* §. *ult. l. 24. de except. rei jud. junct. l. ult. ff. de publ. in rem act.* 24.

LII. 25. Rei, quæ pupilli, minoris, militis, mulieris, pecuniâ ab adminiſtratore, ſuo nomine, emta ſit, in iſtas perſonas ſpeciali ac ſingulari jure tranſire, docent haud pauci, ex eo, quod utilis rei vindicatio ipſis datur in jure, *per l. 2. ff. qu. ex fact. tut. l. 3. C. arb. tut. l. 8. C. de R. V. l. 55. in fin. de don. int. vir.* Andr. Rauchbar. *p. 1. quæſt. Jur. Civ. & Sax. 5. n. 7.* Dn. Carpzov. *l. F. p. 1. c. 28. d. 109. n. 6.* Verùm qui dativam rei vindicationem à nativa, utilem à directa diſtinguunt, ab iſta doctrina abſtinent, & dari iisdem ex æquitate actionem, dominium autem non competere, aſſerunt. Bachov. *ad Treut l. vol. 1. diſp. 15. th. 11. d.* poſt Sichard. *ad l. 8. C. de R. V.* Dn. Hahn. *ad Weſ. de R. V. n. 3.* Dn. Struve *π. eod. n. 6.* Confer C. J. A. *π. de R. V. th. 17. & ſeqq.* 25.

LIII. 26. Rei dotalis, ſoluto matrimonio, ad Uxorem, aut, ea mortua, ad liberos, *l. 30. C. de jur. dot.* Bachov. *ad Tr. vol. 2. d. 7. th. 10. b.* Card. Tuſch. *pr. concl. 602. n 68. D.* ubi ex Bald. refert, quod tunc filius agere poſſit rei vindicatione abſque alia traditione vel apprehenſione. Sichard. *ad d. l. n. 2.* ubi ex Bartolo obſervat, ante d. l. hoc non fuiſſe. Dn. Brunnem. *ad d. l. 30.* C. J. A. *π. ſol. matr. th. 17.* 26.

LIV. 27. Rei, quæ à Conjuge defuncto, quacunque ratione, ad ſuperſtitem pervenit, ſi is ad ſecunda vota convolaverit, in liberos prioris matrimonii, uſufructu tantum penes eum manente, *l. 3. l. 7. l. 8. C. de ſec. nupt. Nov. 22. c. 23. c. 26.* §. *ult.* Giphan. *ad tit. C. eod.* C. J. A. *π. de rit. nupt. n. 22.* Sichard. *ad d. l. 3. n. 3.* Diodor. Tulden. *C. eod. n. 2. ibi: proprietate eorum ipſo Iure applicata liberis.* Dn. Brunnem. *ad d. l. 3.* 27.

LV. 28. Ædificii communis, quod alter ſocius, ſocietatis jure, refecit, pars, ad ſocium, ſumptus pro ſua parte cum uſuris centeſimis intra quatuor menſes reſtituere recuſantem, pertinens, tranſit ad reficientem, *text.* 28.

in

in l. 52. §. 10. ff. pro ſoc. l. 4. C. de ædif. priv. & ibi Goth. Dn. Brunnem. poſt Gloſſ. *ad d. l. 52. §. 10. verb. dominium dedit.* Perez *C. eod n. 12.* Quod Giphan. *in comm. ad d. l. p. m. 313.* extendit ad ædificium etiam non commune, ſi alius nempe privatus aut reſpublica, vel curator ejus, id reficiat. Ubique tamen bonam fidem requirit, & præcedentem de reficiendo admonitionem.

29. LVI. 29. Rerum dominia ac jura alia quoque, quæ leges in commiſſum cadere volunt, delicto aliquo, hac pœna notato, commiſſo, Dn. Brunnem. *ad l. 1. C. de vectig.* aut aliàs ad fiſcum devolvunt. Dn. Struve. *de jur. fiſc. th. 34. add. C. ult. X. de præſcript. in 6.* Tranſit ſcil. ita ex delicto quidem commiſſionis maximè. Olim jure Civ. Rei, per ſententiam judicis condemnati ad pœnam capitalem, quæ deſcribitur *in l. 28 pr. ff. de pœn.* dominium bonorum omnium tacite, ipſo jure, etiamſi id ſententiâ non erat expreſſum, fiſco, mediante ipsâ ſententiâ, de delicto, non de bonis pronuntiata, tanquam inſtrumento (nec enim judici alia poteſtas eſt quam pronunciandi, in legem reum videri commiſiſſe, ejusmodi de eo pœnam ſumentem. *l. 1. §. 4. ad SC. Turp. l. 15. pr. ad munic.* vid. Franzk. *14 exer 5. n. 6.* Ant. Fab. *err. pragm. dec. 73. err. 3. p. m. 514.*) quale eſt alibi legatum, fideicommiſſum &c. adquirebantur. *l. 1. pr. l. 2. l. 7. pr. ff. de bon. damnat. l. 4. C. de bon. proſcr. l. 14. §. 1. l. ult. in fin. ff. de interd. & releg. l. 8. C. de pœn.* Semper enim annexa ejusmodi ſententiæ à jure fuit confiſcatio bonorum. *dd. ll.* Dn. Brunnem. *ad l. 4. C. de pœn.* Vid. Ant. Fab. *err. pragm. d. l. & err. 7.* Quod quidem, viventibus condemnati liberis aut aſcendentibus, ad tertium usque gradum correctum regulariter in *Nov. 134. cap. ult.* Anton. Matth. *de crim. ad lib. 48. t. de bon. damn. cap. 2. n. 1.* Dn. Struve *π. eod. n. un.* quibus addit, privata quidem authoritate, (& ſic nulla) Collaterales ad eum gradum, quos fiſco præfert, Authentic. *bona damnat. C. de bon. damnat.* quanquam moribus noſtris in tribus his ordinibus in infinitum locum obtinere *ex art. O. C. 218.* poſt Dn. Carpzov. *Pr. Cr. q. 135. n. 9* Dn. Brunnem. *ad d. authent.* tradit Dn. Struve *π. ibid.*

LVII. Sed & in Crimine perduellionis eod. inſtrumento, ſc. ſententiâ: ut nempe Reus ob id condemnetur, aut aliàs memoriâ ejus poſt mortem damnetur (niſi forſan notorium ſit, poſt Decian. Franzk. *14. exerc. 7. n. 17.*) opus eſſe, ut ab eo tempore bona ejus ipſo jure fiſco acquirantur, receptior eſt ſententia, quam *propter l. 15. ff. qui & à quib. man. maximè l. 22. pr. de jur. fiſc §. 5. I. de her. quæ ab inteſt. l. 9. l. ult. ff. ad L. jul. Maj. L. fin. pr. C. eod. A. B. tit. 24.* defendunt C. J. A. *π. ad L. jul. Maj. th. 10. in med.* Bachov.

chov. *ad Tr. vol. 2. d. 21. th. 7. in fin. & diſp. 22. th. 1. lit. G.* Boeer. *cl. 4. diſp. 11. n. 45.* ubi plures allegat. Dn. Carpzov. *pr. Cr. quæſt. 41. n. 103. & ſeqq.* Dn. Ludwel. *diſp. Iuſtin. 18. th. 3. b.* Dn. Franzk. *14. exerc. 7.* Dn. Hahn. *ad W. ff. ad L. Iul. Maj. n. 7.* Dn. Brunnem. *ad l. 5. pr. C. eod.* ubi dicit æquiorem hanc eſſe ſententiam, ut à condemnationis demum tempore bona amittat. Dn. Struve *S. I. F. c. 15. th. 11. n. 3,* Cum iſta tamen differentia, quod cum imminens condemnatio non, ut in cæteris criminibus, *l. 20. ff. de accuſ. l. 2. l. 3. C. ſi reus vel accus. mort.* morte evitari, ſed etiam poſt eandem ipſius quoq; perſonæ delinquentis ratione fieri queat, & ſic in conſequentiam, etiam bonorum, *per §. 3. I. de publ. jud. l. 6. pr. L. ult. pr. C. ad L. Iul. Maj. d. l. 20. de accuſ.* & propterea à tempore commiſsi criminis de pœna ſua (quod in aliis ob d. rationem ita non eſt) certus eſſe poterat, *d. l. 15. pr. ff. qui & à quib. man.* omnis idcirco, à tempore commiſsi delicti, bonorum ab eo facta alienatio, in fraudem quippe fiſci, *vid. l. 45. pr. de jur. fiſc.* revocatur, *l. 5. §. 4. l. 6. §. 1. C. ad L. Iul. Maj. A. B. d. t. 24.* Cum aliàs in cæteris tum demum non valeat, quando ſuſpicione pœnæ facta ſit, ante aut poſt poſtulationem, *arg. l. 7. ff. de don. m. c. junct. l. 15. l. 31. §. ult. ff. de donat.* Bachov. *d. th. 7. in fin,* Boeer. *d. l.* Verum in hac quæſtione admodum diverſè ſentiunt & loquuntur Interpretes. Vid. Jul. Clar. *lib. 5. ſent. §. læſæ Maj. n. 9. vers. & ideò.* Ant. Fab. *err. pragm. 4. dec. 73. p. m. 518.* De Crimine Hæreſæos quid tradat Farinac. videri ap. eund. poteſt *lib. 2. conſil. 154. n. 4.*

LVIII. Bona quoque inceſtas jure naturæ, Bechſtad. *de jure Connub. p. 343.* contrahentium nuptias ipſo jure, liberis legitimis non exiſtentibus, Rittersh. *in exp. Nov. p. 4. c. 2. n. 35.* ad fiſcum tranſeunt, *per auth. inceſtas nuptias. C. de inceſt. nupt. ex Nov. 12. c. 1.* etiam ſine Sententia, ut tenet ibid. Gloſſa & ſequitur Sichard. *in comm. Cod. ad eand. Add. c. un. 2. F. 56.* modo de crimine conſtet ut, limitat Dn. Brunnem. *ad d. auth.* Quam diſpoſitionem præ cæteris meruit hoc delictum, quia tam horrendum, Gloſs. *d. l.* nec, quia ſpecialis, ſublata eſt à ſupra citata generali Nov. 134. juxta communem ab O. C. art. 117. confirmatam: de qua teſtatur Simon Grœneweg *tr. de ll. abrog. auth. bona damnator. n. 2. & ſeqq.* Dn. Brunnem. *ad d. auth.* Rittershus. *d. l.* Quod tamen pragmaticorum errorem vocat Ant. Fab. *err. pragm. dec. 73. err. 4.*

LIX. Huc perdinet dominium domûs, in qua, domino etiam ignorante, ſi in proximo conſtitutus erat (de Jure quidem Juſtinianæo, non Carolino, per O. C. art. 111. & ibi M. Steph. verba: Die jhre Häuſer wiſſentlich

 bare

darzu leyhen/dieſelben Häuſer ſollen ſie damit verwirckt haben) falſa moneta fabricata fuit: quod per adjudicationem in fiſcum tranſit; *l.1. vers. domus. C. de fals. mon.* & ibi Dn. Brunnem. Idemque in dominio rerum illarum, qui prohibita in Imperio monopolia exercent, accidit ex diſpoſitione Juris Juſtin. *in l.un. vers. ſi quis. C. de monopol.* confirmata in Ordinat. Imper. Politica de anno 1577. tit. die Monopolia und ſchädliche Auff und Fürkäuff belangend. 18. Nec non illarum rerum, quæ fuerunt illius, qui in reatu criminis, mortis naturalis aut civilis pœnam habentis, conſtitutus ſe interfecit, *l.3. pr. & §.1. ff. l.1. & l.2. C. de bon. eorum, qui mort. ſibi conſciv.* aut juxta Carolinam ſanctionem in art. 135. ſi crimen non capitale tantum erat, ſed & confiſcationem bonorum adjunctam habuit. Dominium præterea theſauri prohibitis & magicis artibus inventi ad fiſcum ita pervenit, *per l. un. C. de theſaur.* vid. Celeberr. Dn. Lauterbach *Præcept. & Patron. obſerv. in diſp. de theſaur. th.16.*

LX. Ob delictum omiſſionis, ſcil. ob fraude non factam rei, vectigali ſubjectæ, poſſeſſionem, ejus dominium ad fiſcum tranſit, ipſo facto ſtatim, & jure, non expectatâ np. ſententia condemnatoria, *per text. expr. in l.14. ff. de publican. & vect.* & ea, quæ in genere de iis, quas leges mox vindicant fiſco, diſſerit Sichard. *ad d. auth. inceſtas. C. de inceſt. nupt. n.3. & 4.* (ubi ſimul notas quasdam ſuppeditat, ex quibus ſcire queamus, an confiſcatio per leges ipſo jure irrogetur, an verò per ſententiam) Franzk. *π. de leg. com. n.4. & ſeq.* Hartm. Hartman. *pract. for. lib. 2. tit. 48. n. 11. 14. 15. p. 421.* quem dictæ legis 14. caſum, ut ſingularem & eximium, referre Petr. de Ravenn. tradit Maſcard. *de probat. vol. 1. concl. 537. n. 3.* notantque ad eam & ex ea Dd. quod, quando delictum committitur circa rem contra prohibitionem legis, tunc dominium ipſo jure applicetur fiſco, nec requiratur ſententia: uti docet Hartm, Hartman. *d.l. n.12.* Add. Dn. Brunnem. *ad l. 1. C. de vectig.* poſt Farinac. *ab eo citat.* M. Coler. *de proceſſ. execut. pag. 1. cap. 3. num. 79. & ſeqq.* Dn. Carpzov. J.F. *p. 4. c. 41. d. 15. n. 1.* latè de hoc Generos. Dn. Gölniz. *in tract. de reg. vectigal. jur. c. ult. n. 1. & ſeqq.* niſi quod ad poſſeſſionem auferendam declaratoria tantum ſententiâ opus ſit, delictum nim. commiſſum eſſe declarante. Gail. *2. O. 51. n. 5. & ſeq.*

LXI. Cæterum in fiſcum quoque aliarum rerum dominium devolvitur hac ratione, nempe 1. Bonorum vacantium, *t. t. C. de bon. vacant. d. c. un. 2. F. 56. l. 1. §. 1. ff. de jur. fiſc.* Erbloſer Güter: quæ qualia ſint, docet poſt alios Dn. Brunnem. *in comm. ad l. 1. & l. 4. C. de bon. vacant.*

Qua-

Quarum utique dominium juris authoritate in fiſcum transfertur, etiam antequam ab eo occupantur, *pr. & §. res fiſci 6. I. de uſucap.* ut rectè docet Perez. C. *de bon. vac. num. 33.* quanquam Scholium *tom. 6. βασιλικ. l. 50. tit. 13. ad c. un. ibid. l. a.* edit. Fabrot. *p. m. 618.* putat talia bona, antequam in fiſci dominium pervenere, in nullius dominio eſſe: & ita conciliat *d. c. cum c. 2. tit. 10. d. lib. & l. 2. C. comm. de uſuc.* quomodo & ea non prius fiſci eſſe credi, quam nuntiata fuerint, docet C. J. A. *π. de uſuc. th. 8.* Verùm, cum in caſu nondum factæ nunciationis vindicatio horum, fiſco competens, ut actionem hanc appellat Perez. C. *de quad. præſc. n. 1.* Dn. Brunn. *ad l. 1. C. eod.* quadriennio præſcribatur, *d. l. 1.* imò res ipſa per diuturnam poſſeſſionem contra fiſcum, *l. 18. ff. de uſuc. add. l. 24. §. 1. eod. junct. l. 13. pr. de diverſ. temp. præſcr.* non eſt dubitandum, ipſo jure jam fiſco eſſe acquiſita. Dn. Brunnem. *ad l. ult. C. de bon. vac.* ut ut occupatio eorundem aut nunciatio nondum ſit facta. Confer. Ægid. Boſs. *tract. crim. tit. de bon. vac.* Ita tamen ut (ſi opus ſit) diſcuſſio prius requiratur & declaratoria ſententia, antequam occupentur: quomodo ex Cævall. *in ſpec. quæſt. 113.* illuſtrat Dn. Brunnem *ad l. ult. C. eod.* 2. Bonorum quæ à defuncto ad aliquem pervenerunt, ſi iiſdem ſe indignum reddidit, *arg. l. 9. §. 2. ff. de his quæ ut indig. ibi: ex qua ſpecie ſtatim fiſco defertur. l. 5. §. 2. verb. amittere. ff. eod. l. 27. ff. de jur. fiſc. ibi: fiſco vindicandam, & per plures textus collectos* à Coll. J. A. *π. de his quib. ut indign. th. 4.* Dn. Struv. *π. de jur. fiſc. theſ. 33. cum ſeq. 34.* Confer *l. 12. ff. de his quib. ut indign.* 3. Rei tacito fideicommiſſo incapaci relictæ. *l. 1. pr. junct. l. 43.* & ibi Gloſs. & Gothofr. *in not. ff. eod.* Quæ de fiſco attuliſſe ſufficiat, cui ſc. ex confiſcatione etiam ſine poſſeſſionis apprehenſione dominium acquiritur. Card. Tuſch. *pr. concl. 602. n. 108. lit.* D. Bald. Novell. *tr. d. dote part. 8. priv. 6. n. 15.*

LXII. 2. Utile quoque dominium, rei feudalis maximè, ac emphyteuticæ, ipſo jure amitti, multis ex cauſis, conſtat: ita ſcil. ut ad recipiendum illud non opus ſit poſſeſſionis rei apprehenſione. In quo ipſo vix arbitror eſſe, qui diſſentiant. Sed nec ante voluntatis domini declarationem jus id cum effectu operari, ex *l. 2. verb. volenti ei, C. de jur. emph.* apparet. Perez. C. *eod. n. 16.* Diod. Tuld. C. *eod. n. 17.* Dn. Brunn. *ad d. l. 2.* ubi ait, voluntatem domini eſſe cauſam amiſſionis ſine qua non. Utrum verò ſententiâ judicis opus ſit, ut per eam demum privatio fiat à jure; an verò ſola domini directi voluntatis declaratio abſque ſententia ſufficiat? Res apud Interpretes & Dd. admodum intricata eſt, maximè verborum ambiguitate, in qua difficultas magna quoque ex parte conſiſtit. Vid. Diod.

Tuld. *d. l.* Certè de emphyteuſis amiſſione, quæ fit ob non ſolutum canonem, Berlich. *2. concl. 46. n. 2.* dicit, quod quæſtio id ſit anceps & valdè dubia, quæ multorum Interpretum ingenia mirè torſerit. *& num. 5. ac ſeqq.* concludit, quod ex declaratoria demum judicis ſententia privationis pœna ſequatur ipſo jure. *propter text. in l. 2, verſ. volenti ei licere. C. de jur. emph. Nov. 7. c. 3. §. ſcire 2. & 120. c. 8. in med. & propter l. 31. §. ult. de pignor.* & rationes, quas adducit, & multor. Dd. quos num. 6. citat, authoritates: quibus jungi poſſunt, quos pro hac ſententia enumerat Harprecht. *ad §. 3. l. de locat. n. 521.* & qui eos ſequuntur Dn. Hahn. *ad W. π. ſi ag. vect. n. 3.* Confer Dn. Carpz. *l. F. p. 2. c. 38. d. 1.* Verùm contrarium, & quod factum judicis ad privationem non requiratur, ex ead. *l. 2. C. & Nov. 7.* obtinere nituntur alii plerique, quos magno numero congeſſit hujus quoque ſententiæ Harprech. *d. l.* qui eandem etiam communem eſſe fatetur, & poſt eum Dn. Carpz. *d. l. n. 2.* Job. à Sande *de probib. rer. alien. c. 4. §. 2. n. 16.* Giph. quoq; *ad tit. C. de jur. emph. p. m. 361. pag. ſeq.* ſtatuant, per moram quidem ipſo jure committi emphyteuſin; quoad effectum tamen non prius, quam domini declaratio facta fuerit, & ob id fructus ad eandem usq; ad emphiteutam pertinere.

LXIII. Non minus de feudo diſceptatur, quando de ejus amiſſione ſermo incidit: An ipſo jure vaſallus ob feloniam, ſeu delictum, eo privetur, ſine judicis ſententiâ: An verò demum per eandem, eundem jure ſuo judicialiter privantem & exuentem? Et pro priori non contemnendis rationibus, quod regulam attinet, militat Boc. *in claſſ. 5. diſp. 20. th. 137.* Joh. à Sande *d. l. c. 5. p. 1. §. 2. n. 35.* nempè tum quod amiſſio non ſententiæ adſcribatur, ſed modis legitimis. *1. F. 5. 2. F. 24.* tum quia cauſæ & modi conſtituendi ſententiâ judicis non indigent. *2. F. 1. §. ult. & tit. 11. princ. junct. l. 35. de R. I.* tum quia textus utuntur verbis naturâ ſuâ privationem ſignificantibus, ut: cadere, *2. F. 24. §. deniq.* carere. *1. F. 17.* tum & quod amittendi verbum uſurpant tam in præſenti, quam futuro tempore. *2. F. 24.* tum deniq; quod dicunt amiſſum pertinere ad dominum vel agnatos. *d. 2. F. 24. §. deniq. & 2. F. 31.* Gailius quoq; *2. Obſ. 51. n. 1.* propt. commiſſam feloniam feudum ipſo jure, quoad dominium, amitti, quoad poſſeſſionem autem auferendam proceſſum & ſententiam privationis declaratoriam requiri, agnoſcit cum non paucis citatis. *add. n. 5. & ſeqq.* E contra pro poſteriori Dd. communiter per regulam, *propt. c. un. 1. F. 21.* concludunt, agnoſcente ipſo Bocer. *d. l. n. 136.* qui magnæ authoritatis feudiſtas allegat, Vultejum, Schraderum, Roſenthalium: è quibus hic maxime fuſiſſima concluſione hanc rem

per-

pertractat cum ſuis ampliationibus & limitationibus, *nempe in tr. feud. cap. 10. concl. 41. ubi n. 24.* monet, pugnam de hac quæſtione utrinque ſatis eſſe arduam: quin imò, ſe in affirmantem partem, quod ipſo jure perdatur, adhuc procliviorem eſſe, non diffitetur. Quibus addi poſſunt Dn. Çarpz. *in Syn. Iur. feud. diſp. 9. th. 32.* & potiſſimum Dn. Struve. *in Synt. jur. feud. c. 15. th. 11.* ubi præprimis *n. 3.* urget, *ex d. 1. F. 21.* quod non rei vindicatio, ſed condictio cauſa data tunc competere ibi dicatur. In caſu tamen feudi, illicitè alienati, amiſſionem, quæ fit ſtatim ipſo jure ſine judicis juvante ſententia, ſeu reditum legalem, admittit, *propter C. un. 2. F. 55. §. callidis, ibi: revertat: redeat.* quam exceptionem etiam *propt. C. un. 2. F. tit. quid juris ſi poſt alienationem feud. vaſ. id recup. 44. verb. utpote Domino, ad quemcunq́, pervenerit, apertum,* tradit ac deducit Roſenth. *d. tr. feud. c. 9. concl. 2.* Vultej. *1. F. c. 11. n. 45.* Jul. Clar. *lib. 4. ſent. §. feud. quæſt. 26. inf.* Curt. *tr. feud. p. 4. n. 155.* & licet ſententia declaratoria, controverſia deſuper exiſtente, requiratur, eam tamen retrotrahi ad tempus illicitæ alienationis & propterea rei vindicationem habere dominum contra quemcunque poſſeſſorem. Idem repetit *in d. c. 10. concl. 41. n. 26.* ubi tamen non hanc tantum, ſed plures alias exceptiones, à regula communi proponit. Siquidem in exceptionibus proponendis quoad numerum Dd. non convenire Bocerus *d. l.* obſervavit. Sed ego, ut ſupra præoccupavi, in tam arduis maximè litem meam hac vice facere nolo.

LXIV. 30. Præterea ſi quis rem ſuam propriam, id ſibi licere putans, ab alio vi rapit, ejus dominium amittit, non ipſo quidem jure, ſed per ſententiam, ex diſpoſitione *l. 7. C. unde vi & §. 1. I. de vi bon. rapt.* Gloſs. *ad d. l. 7. verb. earund. rer.* Dn. Brunnem. *ad d. l.* 30.

LXV. 31. Dominium quoque rerum omnium raptoris ipſo jure, ſtatim à tempore commiſsi delicti, tranſit in raptam, aut ſi ei nupſerit, in parentes ipſius, qui in crimen & nuptias non conſensêre. *Nov. 143. add. Nov. 150. & l. un. C. de rapt. virg.* Rittershus. *in expos. Nov. part. 12. cap. 11. n. 3. & 5.* poſt Gloſs. *ad d. l. 7. verb. earund. rer.* Perez. *C. de rapt. n. 6.* Tranſeo alios caſus, quos adducunt Dd. uti de factæ rerum omnium donationis dominio ipſo jure, liberis ſupervenientibus, revertente *ad l. 8. C. de revoc. donat*, docet poſt Gloſs. Bart. Jaſon. & alios Dd. quos magno numero allegat Tiraq. *tr. ad d. l. 8. verb. revertatur. n. 1. C. de revoc. donat.* Perez. *C. eod. n. 29* Mynſ. *S. O. 63. n. 2.* Dn. Brunnem. *ad d. l.* 31. 4. Forma ſeu *Dif. Specif.*

LXVI. Hæc de Objecto ſeu materia, cujus dominium potiſſimum ita tranſit, & quæ adeò ſpectare viſa. Sequitur Forma hujus legalis tranſitus

ſitus

ſitûs ſeu differentia Specifica, quæ conſiſtit in eo, quod hîc dominium & alia jura ab uno in alium perveniant, ſine hominis facto, ad id aliâs Gentium & Civili jure apto, ſola legis, ita expreſsè diſponentis, poteſtate, &, ut loquitur Bald. Novell. *d.l.n. 1. & ult.* ſolo legis aut juris miniſterio, quod dominium & alia jura, quaſi occulta quadam vi, regit, ut ipſamet ſuo quaſi motu ire & tranſire videantur ab eo, cui hactenus competierunt, ad eum, penes quem impôſterum ex legis diſpoſitione eſſe debeat, ſine poſſeſſionis facto externo. Quo ipſo ſecernitur præſens hic tranſitus ab eo, qui fit modis Gentium jure introductis & receptis in imperio ad rerum dominia & jura alia acquirenda. Ibi n. mediante poſſeſſionis inſtrumento fit. De occupatione originario acquirendi modo id eſt extra dubium. *l. 1. §. 1. ff. de acquir. poſſ. ibi: nam hæc protinus eorum fiunt, qui primi poſſeſſionem eorum apprehenderint.* Sed & cum Acceſſione, altero illo, ſine domini alicujus voluntate concurrente, acquirendi modo, res ita ſe habet. Quamvis enim acquirens ipſe poſſeſſionem rei accedentis non apprehendat; res tamen ejus accedentem ad ſe trahendo quaſi occupat eamque partem ſui, & ita domini, facit. Vid. Magn. D. Rebhan. *in Hodeg. pag. 222. n. 31.* De Traditione nihil attinet dicere, cum id jam factum ſub Dn. Præſide *in dd. diſp. de traditione vera & ficta.*

ejus Declarat.

LXVII. Hic ipſe verò tranſitus nullum temporis tractum requirit, ſed causâ, ob quam jus tranſire vult, exiſtente, ſtatim fit: illicò, Bald. Novell. *d.l.n.1. & 3.* & in momento quaſi. *l. 14. de public. l. 63. pr. ff. ad SC. Treb. l. 9. §. fin. de his quæ ut indign.* mox, *Nov. 12. c. 1. ibi: mox ei ſuarum rerum caſum imminere.* Tiraq. *ad l. 8. gl. in verb. revertatur. C. de revoc. don. n. 113. & ſeqq.* ubi de voc. *confeſtim: ſtatim*: quæ præſens temporis momentum denotant. M. Coler. *de proc. exec. part. 4. c. 2. n. 2.* ſine ambagibus, rectâ viâ. *text. eleg. in l. 80 ff. de legat. 2.* ſæpè ſine aliquo facto vel aliqua ſententia, ut in ſimili loquitur Imperator *in l. ult. v. jubemus C. de loc.* Quamvis enim ſæpè contingat, ut orta, inter rei, ita ipſo jure quoad dominium translatæ, poſſeſſorem & eam petentem, controverſia ſententiâ dirimenda ſit, ea tamen eſt declaratoria tantum Dominii ac juris jam competentis & hac ratione acquiſiti, *arg. l. 8. §. 7. ff. ſi ſerv. vind. l. 35. §. 1. ff. de R. V. l. 40. §. 2. de procur.* Vid. Bachov. *ad Tr. vol. 2. diſp. 23. th. 5. lit. e. verb. per eam dominium transferri*, ut conſtet, quòd, ex. gr. res ipſo jure ſit commiſſa. Roſenth. *d. tr. de feud. c. 10. concl. 41. n. 134.* quod fundus ſecundum legem domini ſit. *l. 31. ff. de pignor.* quod res ob vectigal fraudatum in commiſſum ceciderit. Dn. Gölniz. *d. tr. de regal. vectig. jur. cap. ult. n. 2. & ſeqq.* aut fi-

an ſententiâ opus ſit?

ſco

ſco ipſo jure delata, ex Klockio & aliis Dn. Brunnem. *ad l. ult. C. de bon. vacant.* Dico ſæpè. Nam non rarò etiam, (quod in dubio per regulam verum eſſe, quod ſc. privatio fiat per ſententiam, non ipſo jure, docet Tiraquel. *ad l. 8. C. de revoc. donat. verb. revertatur. n. 9.* ubi tamen limitat, niſi privatio ſit favorabilis, aut per alia jura conſtet, rem noſtram fieri ipſo jure. quam priorem limitationem eleganti exemplo donatianis, ob ſupervenientiam liberorum revertentis, illuſtrat Perez. *C. de rev. donat. n. 29.*) ad hujus dominii aut jurium tranſitum ſententiâ, tanquam inſtrumento, opus eſt, ut ſupra oſtenſum; ita ut prius, quam lata fuerit, dominium apud priorem ſuum dominium maneat; latâ tamen ea itidem illicò, ſine mora, legis poteſtate dominium tranſit, poſſeſſione licet conſtituta penes alium, quam acquirentem: ita ut nec executione ſententiæ, nec etiam traditione ex hac cauſa opus ſit ad hoc, ut dominium illud acquiratur. Pertinet huc, quod Tranſitus hic alio tempore purè fiat, alio ſub conditione.

LXVIII. Finem quod attinet introducti hujus Tranſitûs, is ſine dubio hic eſt, ne, dum expectatur ipſius rei actualis, naturalis translatio aut apprehenſio, cauſa hujus tranſitus impulſiva præſente, quid interea eveniat, quod favorem perſonarum, aut odium delictorum in effectu impediat, aut aliàs rem ad caſum deducat, ut actione nulla amplius cautum ſit ei, qui tamen adquirere debebat. Quomodo id fieri videmus in contrario caſu, quo rer. dominia per poſſeſſionis translationem ſunt transferenda. Contingere enim ibi poteſt, ut licet emptor, ex. gr. contraxerit conſenſu emtionem, precium etiam ſolverit, carere tamen cogatur & re emta, ſi antequam (uti ceſſio actionum & traditio rerum ſæpè protrahitur, Vinn. *ad §. 21. I. de legat.*) tradita ipſi fuerit, ex cauſa dominii translativa venditor in alium ignorantem eandem transtulerit. *text. expr. in l. 15. C. de R. V. & ibi Dd. l. 6. C. de her. vel act. vend.* à quo ipſo emtor iſte eandem repetere nequit: cum nec reali actione eum convenire queat: dominus quippe per traditionem nondum factus, *propter l. 20. C. de pact.* nec perſonali: cum nulla obligationis cauſa inter utrumque interceſſerit. *fac. §. 1. I. de action.* & etiam carere cogatur precio ſoluto, ſi inopia debitoris venditoris inanem reddidit eidem actionem. *l. 6. ff. de dol. mal.* Alio exemplo, rei nimir. à ſocio omnium bonorum pecunia communi acquiſitæ & ab eo, antequam communicata, alienatæ, hoc illuſtrat Tiraq. *ad d. l. 8. C. de rev. don. verb. revertatur. n. 442.* Hinc cum res ex jacente hereditate, aut aditâ quidem ea, ſed rer. hereditariarum poſſeſſione nondum apprehenſa, facile ſubtrahi queant, ſubtractas eas penes tertium b. f. poſſeſſorem exiſtentes, 5. Finis

quia

quia maximè furtivæ non eſſent, *propt. l. 1. § 15. ff. ſi is, qui teſt. lib. l. 68. & ſeqq. 2. de furt.* & ea quæ traduntur ſub Dn. Præſide *in diſp. de vitio furtivitatis. th. 18.* nec legatarius, ſi legatæ eſſent, nec heres, à poſſeſſoribus repetere poſſent, ſi non in eos per legatum aut hereditatem ipſo jure dominium fuiſſet translatum. Hinc legatario, hinc heredi vindicatio competit, *l. 17. C. de furt. l. 2. §. 1. ff. l. 4. C. expil. her.* Idem judicium de cæteris eſſe poteſt. Etſi autem non ubique neceſſarium hoc fuit, favor tamen id impetravit, quo laxior eſſet agendi facultas ei, quem jus adjutum voluit. *arg. l. 76. §. 8. ff. de legat. 2.* & ſic incommodum illud averteretur. Tiraq. *ad d. l. 8. C. de revoc. don. verb. revertatur. n. 397.*

De Tranſitu hoc Conſtituto *& ejus quidem* 1. Effectu 1.

LXIX. Et hæc de tranſitu hoc conſtituendo. Sequitur nunc Tranſitus hujus Conſtituti factive Effectus, qui varius. 1. enim ponit dominii, quod hactenus penes eum, à quo tranſiit, fuit, nec non & aliorum, quæ ita tranſierunt, jurium privationem, amiſſionem: perinde atque ſi per traditionem, i. e. poſſeſſionis translationem à priori domino id actum fuiſſet. quod patet tum ex variis ſupra adductis textibus, maximè verò *ex l. 10. §. fin. ff. de cond. furt. ibi: quia dominium facto teſtatoris, i. e. domini diſceſſit, d. l. 14. de publican. ibi: ſtatim deſinit eſſe ejus, qui crimen contraxit. d. Nov. 12. c. 1. ibi: mox ei ſuarum rerum caſum imminere. l. 5. § 2. verb. amittere. ff. de his quib. ut indign.* & quia per tranſitum hunc dominium alii acquiritur, ut mox dicetur, ex neceſſitate juris is, qui hactenus dominus fuit, eod. privatur, nempe quia duo in ſolidum unius & ejusdem rei domini eſſe nequeunt. *p. l. 5. §. ult. ff. commodat.* & ea, quæ pluribus tradit Barboſ. locupl. *voc. dominium. axiom. 4.*

& Conſequent: ex eo 1.

LXX. Ex quo ſua ſponte fluit 1. quod licet in poſſeſſione rei, cujus dominium ita tranſiit, dominus, qui hactenus fuit & vivens adhuc eſt, aut heres ejus, permaneat, cum per hunc tranſitum non auferatur poſſeſſio, ut mox apparebit, & ſic occaſionem, eam per traditionem in alium alienandi, habeat; alienatione tamen ei, in quem tranſiit, ratione dominii acquiſiti, nocere nequeat, ſive per ultimam voluntatem facta fuerit, ſive inter vivos, per venditionem aut donationem. *l. 15. ff. de reb. dub.*

2. *l. 15. ff. de donat. junct. text. gen. l. 11. ff. de R. I.* Sichard. *ad d. Auth. inceſtas. C. de inceſt. nupt. n. 3.* Franzk. *14. exerc. 7. n. 28. & ſeqq.* 2. Quod licet naturaliter è bonis ejus, qui ita amiſit, nunquam adhuc res ipſa abierit; concurſu tamen creditorum in bonis ejus exiſtente, in eum non veniat, ſed à domino ſuo, ut propria alia res vindicanda. *arg. l. 38. pr. de pecul. l. 31. §. 2. de R. C.* & eorum, quæ tradit de concurſu Dn. Carpz. *l. F.*

3.

rei

p. 1. c. 28. d. 13. & ſeqq. 3. Quod & cætera dominii prædicata eſſent, & res hæc aliena ei habeatur, reique alienæ prædicata ſortiatur. In quam rem caſum alium exhibet *l. 64. ff. de furt. junct. §. 6. I. de nox. act.* alium *l. 44. §. 2. ff. de furt. junct. l. 17. pr. eod. §. 12. I. de obl. quæ ex del.* alium *l. 15. ff. de reb. dub.* Perez. C. *comm. de legat. n. 7.* alium *l. 10. §. fin. de cond. furt.* Huc pertinet quæſtio: *An id, quod ipſo jure ita amiſſum, licitè poſſit retineri in foro conſcientiæ?* de qua tractat Æg. Boſs. *prax. crim. tit. de pæn. n. 35. fol. m. 275.*

LXXI. II. Producit hic tranſitus in Subjecto ad quod dominii aut cæterorum jurium, in Subjecto à quo amiſſorum, poſitionem: & in re quidem, non in ſpe; ita ut ex eo tempore res, (ut ut alius adhuc ſit in ejus poſſeſſione, *l. 12. §. 1. de public. in rem act. l. 63. pr. ad SC. Treb. l. 50. §. 1. ff. de R. V.* hæc n. regulariter per hunc tranſitum non unà cùm dominio transfertur. Bald. Nov. *d. tr. de dot. part. 8. priv. 6. n. 17.* utut etiam nunquam adhuc diviſio, quia uſûsfructûs, aut alio forſan jure quis hactenus poſſedit, facta communis e. gr. hereditatis, *l. 1. §. 1. l. 2. pr. l. 22. §. 4. fam. herc. §. 20. I. de act.* legati, *l. 2. pr. l. 4. pr. & §. 3. comm. div. l. 9. l. 6. C. de uſufr.*) dicatur in bonis ejus fieri *in d. l. 63. pr.* ei acquiri, *§. ult. I. de V. & H. §. ult. I. per quas p. n. 4. §. 1. & 2. I. de acquiſ. per arr. l. 14. de publican.* aut ſimpliciter ejus fieri, *§. ult. I. de O. I.* ipſe in dominium rei ſuccedere, *l. 37. de A. H.* id nanciſci, *l. 1. in fin. l. 2. de publician.* & modus hic dominium ejus facere, *l. 80. de legat. 2.* res dicatur ejus eſſe, *l. 64. de furt. l. 5. §. 8. de reb. eor. qui ſub tut. l. 44. §. 1. de leg. 1.* ei quæri, *l. 77. §. 3. ff. de leg. 2.* ejus eſſe incipere, *l. 19. §. 1. quem. ſerv. amitt.* rem deinceps propriam habere, *l. 52. §. 10. ff. pro ſoc.* & ſic acquiritur hîc idem ſpecie ac numero dominium, quod penes eum, à quo tranſit, hactenus fuit, ſive formaliter, ſive virtualiter. ſi directum, directum; ſi utile, utile. Bald. Nov. *d. l. n. 11.* Nunquam enim perditur dominium, niſi alteri quæratur: ut cum aliis M. Ant. Bard. *tr. de temp. util. c. 12. num. 12.* loquitur. quod in poſſeſſione ſecus eſt. Cujac. *ad Afric. tract. 7. p. m. 384. in 8v.* II. Effectu.

LXXII. Quale autem dominium per tranſitum hunc acquiratur: verum ac proprium, an fictum; directum, plenum, an utile; bonitarium an quiritarium: acriter inter non paucos, in juris articulis diſperſis, plerunque diſceptatur. Sed illâ dominii in bonitarium & quiritarium diſtinctione, olim magni uſûs, per Juſtin. ſublata in *l. un. C. de nud. quirit. jur. toll.* Vid. Perez. C. *eod. n. 1. 2.* H. ad W. *π. de bon. poſſ. n. 5.* non eſt operæ precium, ut inquiſitio in hanc rem hoc loco fiat. quam inſtituit Anton. Fab. *dec. 44. err. pragm. 9. n. 10. 11.* Sic bonorum poſſeſſorem agnita bonorum poſſeſſione *Qr. Quale dominium hic acquiratur?*

ne dominium acquirere utile in rebus, quæ defuncti, cum moreretur, fuerunt, docet Weſenb, *π. de bon. poſſ. n. 5.* Sed ſine fundamento, ut monſtrat Hahn. *ad eund. d. l.*

maximè in Legato? Sententia aliorum.

LXXIII. De dominio rei legatæ, quod per hunc tranſitum acquiri ſupra dixi, verum illud ſit an fictum: di erſa admodum & contraria in medium adferunt Dd. Tiraquel. *tom. 4. part. 6. tract. ſi le mort ſaiſit le vif. declar. 2. n. 6.* ſimpliciter id fictum eſſe ſtatuit. Quod ipſum quoque non aſſerit tantum Menoch. *remed. 4. de adipiſc. poſſ. n. 342.* ſed & omnes, præſertim Gloſſam & Bart. tradere docet *rem. 9. de recup. poſſ. n. 213.* Quo etiam inclinat Perez. C. *comm. de leg. n. 4.* Alii dominium in re legata, ab aditione hereditatis, verum eſſe incipere, autumant; ad eam verò à tempore mortis legantis fictum. Ita ſentit Card. Tuſch. *pract. concl. 607. n. 31. & ſeqq.* Cujus rationem dat Dn. Hahn. *ad W. π. de legat. n. 8.*

quæ melior viſa?

LXXIV. Verùm Gomeſius & Zaſius, notante Menoch. *d. rem. 4. de adipiſc. poſſ. n. 342.* verum hoc eſſe dominium aſſerunt. Quod & nobis ita, non hîc tantum, ſed & alibi, ubi jus dominium ſine poſſeſſione, ſuâ vi ac poteſtate transfert, videtur. Non n. omnia, quæ jus diſponit, ficta ſunt: ut ut circa quid non utatur modo ordinario, naturali, aut aliâs in oculos incurrente, aut etiam (Vid. Treutl. *v. 1. d. 2. th. 7. d. & ibi* Bachov.) fictione quadam: ob notam ſc. diſtinctionem, quæ eſt inter rem & rei modum: ut ex. gr. conſtat de liberis per reſcriptum Principis legitimatis: qui licet non ſint ex legitimo matrimonio; non tn. pro legitimis liberis per fictionem habentur, ſed verè legitimi dicuntur. Dn. Carpz. *1. F. p. 2. c. 6. d. 15. n. 5.* itemque de legitimatis per ſubſequens matrimonium Dd. *ad c. tanta* x̃. *qui fil. ſint legit.* Id. Carp. *d. l. n. 3.* ſc. Jus noſtrum Civile in iis in quibus verè & realiter operari poteſt, nullam ſtatuit fictionem: inquit cum Caſtr. & al. Kellenbenz. *tr. de renunc. ſucceſſ. quæſt. 35. n. 25.* Sic vel ipſo Menochio *de recup. poſſ. rem. 1. n. 403.* fatente, poſſeſſio, quæ ex conſtituto transfertur, & ſic traditione ficta, vera nihilominus eſt. *arg. l. 6. §. 1. de precar. ibi: propriè dicor. l. 18. de acquir. poſſ.* Et fatente Tiraq. *tom. 4. part. 1. decl. 6. n. 7. & ſeqq.* poſſeſſio vera eſt, etiamſi ipſo jure, ſine actu corporeo, transfertur. Unde Dd. tradunt, nil intereſſe, dominium ſpeciali an communi jure transferatur. Fachin. *controv. jur. lib. 1. cap. 32.* Et quum Ttranſitus hic ponat dominii, ſine dubio, veri amiſſionem in uno, per paulo ante poſita, juris poteſtate; quare non idem verum quoque dominium poneret in altero, *arg. l. 35. ff. de* R. I.? Unde etiam eſt, quod remedium veris dominis, qui jure Gentium tales ſunt, his ipſis quoque æqualiter tribuatur, Rei nim.

Digitized by Google

nium. vindicatio. *per text. gen. in l. 23. pr ff. de R. V.* & eos qui mox ſequentur.

LXXV. Ex qua dominii poſitione, per hunc tranſitum facta, ſua ſponte fluit. 1. Quod omnia dominii prædicata de hoc jure, ita acquiſito, verificentur: juxta Philoſophorum regulam, quod ſubjecto poſito ejus etiam adjuncta ponantur. Hinc 2. non opus eſt, ut ſi res corporalis ſeu dominium ejus ita acquiſitũ eſt, per traditionem, i. e. poſſeſſionis ejus translationem, demum dominium ejus expectemus: ſiquidem quod noſtrum eſt, amplius noſtr. fieri non poteſt. §. *14. I. de act.* Et propterea legatarius male à præſtatione legati, ab herede facienda, dominium verum acquirere dicitur à Perez. *C. comm. de leg. n. 4.* Nec etiam ſi jus in re, quod e.g. defunctus in re ſua conſtituere potuit, ab eo per legatum relictum eſt, quaſi traditio ejus legatario expectanda eſt, *arg. l. fin. ff. de ſerv. leg. l. 19. §. 1. ff. quemad. ſerv. amitt.* nec ſi actio aliqua ita tranſit, ejus ceſſio deſideratur, ut agere poſſit is, qui ita acquiſivit. Quod tamen procedit, quando acquiſitio per univerſitatem facta; nempe e.g. ab herede, fideicommiſſario, *l. 63. §. 1. ad SC. Treb. §. 1. I. de fideicom. her.* & ibi Pacius *lit. f.* quin verò ipſa reſtitutio ceſſio hîc eſt, ex authoritate juris pendens, ita quidem, ut tunc debilitatæ ſint à lege directæ, quæ penes heredem reſtituentem manent, *§. 1. I. eod.* actiones. *l. 1. §. quanquam autem 4. ff. ad SC. Treb.* Dn. Brunnem. *tr. de ceſſion. act. c. 5. n. 29.* à bonorum quoque poſſeſſore, arrogatore. de quo hoc ipſum ita expreſſè docet Vinn. *ad §. 1. I. de acquiſ. per arrog. n. 1.* quæ ceſſio, uti aliàs in actionum translatione, quæ fit ab homine, neceſſaria eſt: prout oſtenſum ſub Dn. Præſide *in d. diſp. de quaſi traditione th. 33.* add. Goth. *in not. ad l. 3. pro ſoc. lit. z. a.* ita & in cæteris, quæ à lege fiunt, ceſſio deſideratur. *nec enim jura perſonalia ita de facili evolant de una perſona in aliam, ſicut ipſum dominium circa corporalia:* verba ſunt Baldi Novelli *d. l. n. 12.* quod patet de legato nominis *ex §. 21. I. de legat. l. 44. §. 6. de legat. 1. l. 75. §. 2. l. 105. ff. eod.* quod ſine ceſſione non tranſit: adeo ut ante eam olim legatarius nullam adverſus debitorem habuerit actionem, antequam *per l. 18. C. de legat.* & alias, *l. 16. pr. de pact. l. 5. l. 7. C. de her. vel. act. vend.* conſtitutum, ut in hujusmodi caſibus, utilibus actionibus, ſine ceſſione, & nomine quidem proprio, experiri liceret. *Vinn. ad d. §. 21.* Patet id & de nominis attributione, uni ex heredibus ſoli facta, *ex l. 2. §. 5. l. 3. ff. fam. herc.*

Conſequens ex hoc II. effect. — 1. — 2.

LXXVI. 3. Quod uti is, qui per traditionem dominus factus eſt, rem ſuam vel amiſſam, vel aliâs ſibi ablatam, propria authoritate occupare & auferre poteſt, ſi vacua ſit ejus poſſeſſio; ita is, in quem dominium hac ra-

III. Effect. De remediis. *Qr. An propria*

author. rem talem occupare liceat vacuam? tione tranſiit, ſi non ſit occupata rei illius poſſeſſio, & aliàs alterius juſte non interſit, ut talis ab eo poſſeſſionem expectet. De herede, quod vacantem poſſeſſionem propria authoritate ei apprehendere liceat, oſtendit Dn. Carpz. *1. F. p. 3. c. 9. integra def. 27. ubi in fin. præjudicium habet.* poſt Johan. Köppen. *decad. 2. enucl. 1. num. 6. &* maximè Menoch. *rem. 6. de adipiſc. poſſ. n. 4.* De uxore an & quat. finito matrimonio rem dotalem apprehendere queat, pertractat Bald. Novell. *d. l. n. 18. & ſeqq.* Quid in domino feudi, feudo ſive ipſo jure, ſive per ſententiam amiſſo, & ſic dominio utili reverſo, obtineat, latè deductum videri poteſt apud Schrader. *tr. Feud. part. 2. partis 9. principal. ſect. 9. n. 13. & ſeqq.* in quo, quia civilem ſemper retinuit feudalis rei poſſeſſionem, peculiaria quædam ab eo notantur & aliis. Add. Roſenth. *tr. feud. cap. 9. memb. 1. concl. 2. n. 8. & ſeq.* Quod idem & in domino emphyteuſis occurrit. In qua tamen materia, an, canone non ſoluto, emphyteutam propria authoritate expellere poſſit dominus? admodum diverſi ſunt Dd. Ex quibus communis quidem ſententia pro affirmativa eſt, teſte Schradero *d. l. n. 17.* Dn. Brunnem. *ad l. ult. C. de jur. emph.* Attamen quam plures ſunt in contrarium, quos ex parte refert Menoch *tr. de recup. poſſ. rem. 1. n. 78. 79.* & ex recentioribus Berlich. Trentacinq. Bachov. adducit Dn. Brunnem. *d. l.* qui tutiorem hanc eſſe fatetur, ſcil. cum Perezio *C. eod. n. 17.* Giph. *ad d. l. 2. C. de jur. emph. p. m. 362.* & aliis, *propter l. 3. C. de pign. & ibi Dd. l. 13. ff. quod met. cauſ. l. ult. de vi priv.* Confer. Matth. Coler. *de proceſſ. exec. part. 1. c. 5. n. 23. & ſeqq.* In legatario, ob intereſſe heredis, reſpectu ejusdem, ſecus eſt: ex æquitate notata à JC. *in l. 1. §. 2. ff. quod legat.* Qui propterea ſi ante aditam hereditatem contra voluntatem heredis occupaverit ita legatum, quorum bonorum interdicto convenitur. *d. l. 1. §. 2. & tt. ff. & C. quod legator.* Dn. Struve *π. eod. th. 19.* Carpz. *1. F. p. 3. c. 13. d. 30. ubi in fin. 2. præjud.* etiamſi authoritate judicis in poſſeſſionem rei legatæ miſſus fuerit. Id. Carpz. *d. l. def. 31. ubi in fin. præjudic.* Si verò ea adita, & re ab herede poſſeſſa, id fecerit, cauſa ſua cadit, ut alii violenti creditores, *p. l. 13. quod met. cauſ. l. 7. C. unde vi. §. 1. I. de vi bon. rapt.* Coll. Jur. Argent. *π. quod legat. th. 9.* quod ob eandem rationem verum eſt & de fideicommiſſariis & m. c. donatariis. de quibus in ſuis locis à Dd. tractatur.

non vacuam? LXXVII. Cæterum factum ingreſſionis propria, non Magiſtratûs, authoritate, poſſeſſore maximè facto aut verbis repugnante, improbatur à LL. *arg. l. 3. C. de pignor. & l. 5. C. de vi priv. & ibi* Dn. Brunnem. *fac. l. 5. l. 33. de acquir. poſſ. & text. ſupr. cit.* M. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. c. 5.*

n. 17.

Digitized by Google

n.17.& ſeqq. quia materiam ſuppeditat tumultibus & ſcandalis plenam. Dn. Brunnem. *ad d.l.3.* Bachov. *ad Tr. vol.1.d.11.th.5.in fin.* Dn. Carpz. *I.F.p.1.c.33.d.27.* Per legitimos ergo tramites, contradictore maximè exiſtente, poſſeſſio hujusmodi rerum occupanda eſt, & agendum, pro re nata, remediis vel poſſeſſoriis vel petitoriis: cum poſſit legitima ſubeſſe defenſio: poſt Gail. *lib.2.th.51.n.5.* & alios Beſold. *p.5.conſ.234.n.36.*

Qualia remedia competant tum

LXXVIII. Competunt namque, in ſuis caſibus, ei qui ita acquiſivit rerum dominia & jura alia, intuitu hujus Tranſitûs, Dn. Struve *π.quor.bon.n.14.* remedia adipiſcendæ poſſeſſionis. Ita interdictum quorum bonorum competit bonorum poſſeſſori, heredi ſc. Prætorio, *l.1.pr.& tt.ff.& C.quor.bonor.& ibi Dd.* Sed & Civili. quod probant *ex l.1.C.eod.* utile ſcil. ſec. Gloſs. Bartol. & comm. Dd. opin. de qua teſtantur Menoch. *rem.1.de adip.poſſ.n.33.* C.J.A. *π.eod.th.3.* Confer. tamen Bachov. *ad Tr. vol.2.d.25.th.1.g.* Dn. Struve *π.quor.bonor.th.15.* imò cuilibet ex ſtatuto aut conſuetudine ſucceſſori univerſali, Hahn. ad W. *π.eod.n.7.* Sic & remedium poſſeſſorium *l.ult.C.de edict.D.Hadr.toll.* comparatum eſt heredi ſcripto. Dn. Chr. Phil. Richter. *in interpr.d.l.n.39.& ſeqq.* imò & fideicommiſſario univerſali, ſi ei reſtitutio facta eſt verbis tantum. Menoch. *d.l.de adip.poſſ.rem.4.n.181.* Bachov. *ad Tr.vol.2.d.25.th.1.lit.L.* aut aliàs caſus evenit, ubi ipſo jure fideicommiſſum (de quibus *in l.7.§.1.C.ad SC.Treb.& ibi* Dn. Brunnem.) tranſit. Dn. Richter. *d.l.n.116.& ſeqq.* Hujus autem interdicti quorum bonorum præ hereditatis petitione inſtituendi, quæ ſit utilitas, vid. apud Dn. Brunnem. *ad d.l.1.* Hahn. ad W. *π.quor.bon.n.6.ubi num.8.* addit, nec ei, cui res, à tertio poſſeſſa, vendita, nec legatariis, nec abuſivè inveſtito, tale remedium conceſſum eſſe. Ad pignoris, hoc tranſitu legali, h. eſt, ſine traditione etiam conſtituti, poſſeſſionem adipiſcendam interdictum Salvianum, directum & utile, propoſitum eſſe *ex §.3.I.de interd.tt.ff.& C.de Salv.interd.* plurimi tradunt. C.J.A. *π.de Salv.interd.th.5.* Perez. *C.eod.n.14.* Struve *π.eod.n.172.* cujus præ Serviana actione utilitatem monſtrat Hahn. ad Weſ. *π.eod.n.2.* poſt Menoch. *de adip.poſſ.rem.3.num.7.& ſeqq.* qui tamen hoc remedium reſtringit tantum ad res illatas invectas in prædia, ſive expreſsè, ſive tacitè, hypothecæ ſubjectas. *n.29.& ſeqq.& n.51.& ſeqq.* Ad feudi, ex teſtamento aut ab inteſtato devoluti ad aliquem, poſſeſſionem adipiſcendam, an & quatenus agi queat poſſeſſorio remedio, vid. apud Menoch. *de adipiſc.poſſ.rem.4.n.375.* & ſeqq. Roſenth. *tr.feudal.c.12.concl.12.num.30.& ſeqq.*

Poſſeſſoria

LXXIX. Poſt-

tum Petitoria.

LXXIX. Poſthæc petitorium remedium, vindicationem nempe rei, quæ ita tranſiit, competere ex infinitis textibus apparet. in genere quidem *ex l. 23. pr. de R. V.* in ſpecie verò de herede eſt *text. eleg. l. 50. §. 1. ff. de R. V. l. 10. §. 1. & tt. ff. de her. pet. tt. C. eod.* de bonorum poſſeſſore *l. 2. de poſſ. her. pet. junct. dd. ll.* de fideicommiſſario Univerſali *l. 2. & tt. ff. de fideicomm. her. pet. junct. dd. ll. arg. l. 12. §. 1. de public. act.* de eo qui uſucepit *in l. 23. pr. de R. V. junct. l. 1. §. 1. de publ. act.* de mort. C. donatario *in l. 29. ff. de m. c. donat. junct. l. 1. in fin. l. 2. de public. in rem. act.* C. J. A. *π. de m. c. donat. th. 10.* de legatario *in §. 2. I. de legat. l. 1. C. comm. de leg. & ibi Dd. l. f. §. 3. C. eod.* de fideicommiſſario particulari *in dd. ll. junct. §. 3. I. de legat. & l. 1. l. f. §. 2. C. comm. de legat.* Add. Dn. Struve *π. ad SC. Treb. th. 40. in fin.* de feudo acquiſito ita eſt *in C. un. 2. F. 83.* aut ad dominum ob illicitam alienationem reverſo ap. Dn. Struv. *S. I. F. c. 13. th. 9.* de rei Eccleſiæ aut Civitati donatæ aut venditæ perſecutione *in l. 23. C. de SS. Eccl.* ſec. Dd. ſupra allegatos. De re ſub pacto commiſſorio vendita, quæ ita rediit, eſt in *l. ult. ff. de leg. commiſſ. l. 4. C. de pact. int. emt.* Dn. Hahn. ad W. *π. de leg. commiſſ. n. 1.* de re ſub pacto addictionis in diem reſolutivo vendita, quæ rediit ita, eſt *arg. in l. 41. pr. de R. V.* de re adjudicata *arg. eſt in l. 7. pr. ff. de public. in rem. act.* de dote ſoluto matrimonio *in l. 30. C. de jur. dot. & latè ac eleg.* Bald. Novell. *in d. tr. de dote part. 8. priv. 6. per tot.* de rebus ex priore matrimonio, contractis ſecundis nuptiis, eſt *in l. 8. C. de ſec. nupt.* de parte ædificii communis, ab uno ex ſociis reſtituti ſuis ſumptibus, eos reſtituere nolente altero, eſt *in l. 4. C. de ædif. priv.* de vindicatione rerum, quæ rei perduellionis fuerunt, *in l. ult. ff. ad L. Jul. Maj.* de domo, in qua falſa moneta fabrefacta, *in l. un. verſ. domus. C. de falſ. monet.* de bonis eorum qui mortem ſibi conſcivere *in l. 3. pr. & §. 1. ff. de bon. eor. qui ante ſent. l. 1. C. eod.* de re, quæ ob defraudatum vectigal in commiſſum incidit, *in l. 14. ff. de publican.* de bonis vacantibus ad fiſcum devolutis *in l. 1. C. de bon. vac.* nec non indignis ablatis *l. 27. l. 43. de jur. fiſc. & alibi.* Add. Gloſſa *ad l. 7. C. de jur. fiſc.* In quib. textibus omnib. cum ex hoc dominio & alio jure, in re corporali ita acquiſito, vindicatio tali competat, adverſus quemlibet rei poſſeſſorem id controverſum reddentem aut reſtituere recuſantem, Sichard. *ad d. auth. inceſtas n. 4.* Perez. *C. de donat. quæ ſub mod. n. 5.* Tulden. *C. eod. n. 2.* ſecund. regulam eand. movere poterit, *d. l. 14. ff. de publican.* nedum adv. heredem poſſeſſorem, *l. 8. pr. l. 11. §. 3. de publican.* ut ſic non ſit ipſi, qui ita acquiſivit, ratione dominii ita acquiſiti, noxium, rem, antequam poſſeſſio apprehenſa, ad alium fuiſſe translatam: quod aliàs contingere, ſupra *ex l. 15. C. de R. V.* oſtenſum. Plenius ſiquid. & fortius Jus talis habet, quam is, cui etiam poſſeſſio ex cauſa ad transferendum dominium habili, ab eo, qui hactenus dominus fuit, at

Digitized by Google

eſſe deſiit, tradita; ob quod merito præfertur, *arg. d. l. 25.* Ita in terminis Tiraq. *ad d. l. 8. C. de rev. don. verb. r. vertatur. n. 397.*

Qr. An publicianæ poſt hunc legalem dominii tranſitum locum habeat?

LXXX. Sed cum difficilis ſit dominii probatio, & ille, qui acquiſivit ita, de anteceſſoris dominio adeò certus eſſe non poſſit, in genere Franzk. *π. de public. act. n. 12.* quod tn. in omni rei vindicatione, quæ ex dominio inſtituitur, probandum eſt, *per vulgat.* hinc Qr. *An is, qui ſine poſſeſſione rei alienæ dominium, hoc legali dominii & jurium tranſitu, acquiſivit, publicianam perinde inſtituere queat, ac ſi ſemel apprehenſa poſſeſſionem iterum amiſit?* Sed & hic in diverſa abeunt Dd. Communiter pro requiſito hujus actionis ponunt *ex §. 4. I. de act. & l. 1. pr. ff. de publ. in rem. act.* quod res controverſa debuerit aliquando actori eſſe tradita, & ſic is in poſſeſſione ejus conſtitutus. Coll. J. A. *π. eod. th. 3.* Franzk *π. eod. n. 4.* Treutl. *vol. 1. d. 15. th. 13 b.* Quam regulam etiam Rittersh. *in comm. ad d. §. 4.* ponit: excipit tn. caſum, quo ex SC. Treb. verbis reſtitutâ hereditas fideicommiſſaria, de quo *in l. 12. §. 1 ff. eod.* nihil v. præterea. & ſic in cæteris regulæ locum eſſe arbitrari videtur. Dn. Hahn *ad W. π. eod. n. 4.* affirmat quid. ſimpliciter, ſed addit hanc rationem, quod in hujusmodi modis, quib. dominium ipſo jure citra traditionem acquiritur, detur conſtitui in conditione uſucapiendi, adducitq; *l. 1. §. 2. l. 2. l. 7. ff. eod.* Sed cum per hunc legalem tranſitum poſſeſſio nullatenus tranſeat, ut ſupra oſtenſum: quin imò is, qui ita amiſit, in uſucapiendi conditione per poſſeſſionem, quam retinet, conſtituatur *ex c. ult. X. de praſcr. in 6.* dum neſcit an is, qui adquiſivit ita, jure ſuo uti, nec ne, velit, *junct. C. ſine poſſeſſione l. d. R. J. in 6.* Tiraq. *ad d. l. 8. C. de revoc. don. Gloſſ. in verb. revertatur n. 388. & ſeqq. l. 1. §. 2. 3. ff. de jur. fiſc.* non video, quomodo ita acquirens in uſucapiendi conditione conſtitutus dici queat. Jaſon *in comm. ad d. §. 4. I. de act. n. 75.* in omnibus caſibus, quib. dominium ipſo jure acquiritur, publicianam admittit, *propter l. 1. in f. l. 2. l. 3. pr. de publician. d. l. 12. §. 1. ff. eod.* Verùm talem non ſimpliciter publicianam habere putat, ſed ex perſona ſui authoris. quod ita etiam ſentire Gloſſam. Bartol. & alios Dd. ibidem docet. Confer. Alex. *2. conſ. 90. n. 9.* Bald. Novell. *d. tr. de dot. part. 8. privil. 6. n. 9. ubi de dotis rei alienæ reditu legali late.* In donatione mort. cauſa, quando nunquam poſſedit donatarius, cæteris eſt contrarius Ant. Faber. *err. pragm. 9. n. 9. dec. 44.* eid. tunc non competere ſtatuens. Simplicius a. & verius mihi ſtatuere videntur, qui ſimpliciter in his caſibus publicianã talem experiri poſſe arbitrantur: ſcil. propter eandem æquitatis rationem, quæ in caſu factæ traditionis per verba quidem edicti notato, militat, *propter dd. ll. quib. add. l. 11. ff. eod.* Et hanc ſententiam defendit Vinn. *in comm. ad d. §. 4. n. 2 & 7.* Dn. Struv. *π. de publician. n. 43.*

Qr. Fructus rei talis à quo tempore acquirantur?

LXXXI. Ex ſupradictis etiam fluit, quod, cum per tranſitum hunc dominium acquiratur, ab eo tempore, ex quo acquiſitum eſt, fructus rei (niſi bonæ fidei poſſeſſor percipiendo ſuos fecerit) regulariter ad acquirentem pertineant, *arg. l. 1. l. 2. C. de pign. act. l. 35. §. 1. l. 49. §. 1 ff. de R. V. l. 1. C. de uſufr.* quos ipſos etiam, ſub diſtinctionibus tamen notis, actione, quâ rem ita acquiſitam perſequitur, repetit. quæ materia alibi tum in genere tum in ſpecie fuſe tractari ſolet. Vid. tn. Tiraq. *ad d. l. 8. C. de revoc. donat. verb. revertatur. n. 268.* Sichard. *ad d. aut. inceſtas. C. de inceſt. nupt. n. 2. & ſeqq.* Franzk. *14. exerc. 7 in fin.* Perez *C. de revoc. donat. n. 29.* Dn. Struve *S. I. P. c. 15. th. 11. n. 4.* A quo a. tempore, quantum ad fructuum reſtitutionem, poſſeſſor, qui dominium ita amiſit, in mala fide eſſe dicatur, tractat Tiraquel. *ad d. l. n. 273. junct. n. 10. & ſeqq.* Add. Giphan. *ad l. 2. C. de jur. emph. p. m. 362.* Perez. *d. n.* De

lega-

legatæ rei fructibus, à quo tempore reſtituendi veniant legatario: maximè omnium inter Dd. controvertitur. uti videre eſt apud Fachin. *controv. lib. 12. c. 68.* Dn. Struve *π. de leg. th. 20.* De fructibus rei, quæ ſub lege commiſſoria, ubi exercetur, vendita, *vid. text. in l. 4. princ. & §. 1. l. 5. ff. de leg. commiſſ.* Dn. Struve *π. de leg. comm. th. 38.* itemque ejus, quæ ſub pacto addictionis in diem reſolutivo, eſt *in l. 4. §. 4. l. 6. pr. l. 16. ff. de in diem add.* Confer. tn. Dn. Hahn. *ad W. π. eod. n. 3.* Dn. Ludw. *in not. mſſ. eod.* De fructibus feudi domino aperti M. Coler. *de proceſſ. execut. p. 2. c. 3. n. 288. & ſeqq.* de dotis, ad uxorem ſoluto matrimonio reverſæ, fructibus actum ſub Præſid. *in diſp. de jur. vinear. p. 30. & ſeqq.* Sed pauca iſthæc remiſſivè tantùm.

Quæſt. LXXXII. Hæc ita ſe habent, ſi is, qui ita acquiſivit, remediis competentibus intra tempus lege definitum uſus fuerit. Quæritur autem, *An is, qui dominium hac ratione amiſit, ſciens ita ſe amiſiſſe, nihilominus poſtea, ſi res non vindicata fuerit, præſcribere queat,* maximè de *Iure Can?* Ad quam quæſt. vid. quæ ex *d. C. ult. X de præſcript. in 6. junct. C. 3. d. R. I. in 6.* & latè quidem, proponit Tiraq. *d. l. n. 390. & ſeqq.*

IV. Effect. LXXXIII. Præterea tranſitum hunc ſequitur etiam jus transmiſſionis rei, (modo transmiſſibilis ſit) ita acquiſitæ ad heredes: etiamſi ignoranti, (quod ſæpè fieri ſupra oſtenſum eſt) acquiſitio ita facta fuerit, & ſic voluntatem rem habendi non declaraverit. Ita ſuus heres infans, furioſus, aut aliàs mortem patris ignorans, hereditatem paternam transmittit, nunquam agnitam, ad quoscunq; heredes, juxta communem opinionem. *per l. 8. C. de ſuis & legit. & ibi Dd. l. ult. §. 2. C. de cur. fur. junct. §. 2. I. de hered. qual. & Diff. §. 3. I. de her. quæ ab inſt. l. 11. de lib. & poſth.* Gail. *2. Obſ. 131. n. 6. & ſeqq.* Gothfr. *ad l. un. §. 5. C. de cad. toll. lit. a.* jure ſc. ſuitatis. Dn. Brunnem. *ad d. l. 8* De fidecommiſſi univerſalis non agniti transmiſſione vid. Gail. *d. l. n. 1. & ſeqq.* Ita legatarius legatum: fideicommiſſarius particularis fideicommiſſum, *text. eleg. in l. 65. §. 1. de legat. 1. in l. 2. l. 3. l. 5. l. fin. C. qn. dies leg. l. 5 pr. & §. 1. ff. eod. junct. l. 86. §. 2. ff. de leg. 1. l. 80. de leg. 2. l. 9. §. 2. quem. ſerv. am.* C. J. A. *π. qn. dies leg. n. 10.* Dn. Brunnem. *ad d. l ult.* Quod ipſum & de mortis cauſa donatario, mortem donatoris ignorante, ſine dubio verum eſt, *propter dd. ll. junct. §. 1. I. de donat. l. f. C. de donat. mort. cauſ.* etiamſi heres ex teſtamento non adierit, quod in legatis, propter *l. 9. ff. de teſtam. tut.* ſecus. Ita quoque feudum transmittitur. Quod ad notabilem, ſæpius occurrentem, caſum applicat Roſenth. *in d. tr. de feud. c. 7. concl. 17. n. 20.* ubi ex Gail. *d. l. n. 13.* hanc generalem ponit regulam, quod ea quæ (ſub intelligendum ex hereditate alicujus) jure ſpeciali & non hereditario deferuntur, vel quæ non ſunt pars hereditatis, ſine agnitione noſtra fiant & ad heredes transmittantur. quam probant *ex l. 22. pr. ff. de adopt.* quorſum faciunt, quæ dicta ſub Dn. Præſide *in diſp. de arrog. impub & quart. Antonian. th. 31.* In multis autem caſibus dominium ipſo jure acquiſitum, voluntate ab acquirente non declarata, non transmittitur: quin verò pro non adquiſito tunc habetur. De jure feudi commiſſi, quando & quatenus ad heredes tranſeat morte domini, *integra concl. 40. c. 11.* tractat Roſenth. *in tr. feud.* cui add. Tiraq. *ad d. l. 8. C. de revoc. don. gloſ. in verb. revertatur n. 302. p. m. 248.* de emphyteuſi Dn. Brunnem. *ad l. 2. C. de jur. Emph.* Alios effectus conſequentes, brevitatis ergo, tranſeo. quor. nonnulli videri poſſunt ap. ſæpius citat. Bald. Novell. in *d. tr. de dot. part. 8. priv. 6.*

Contraria. LXXXIV. & ult. Contraria quæ ſint huic Civili acquiſitioni, ex hactenus dictis facile conſtare poteſt. Sufficiat hanc materiam, primo conceptu ampliorem, ita pro temporis ratione tractaſſe.

FINIS.

BIBL. NAZ. ROM. VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google